COMPENDIUM

HISTORIAE ECCLESIAE CHRISTIANAE.

COMPENDIUM

HISTORIAE ECCLESIAE CHRISTIANAE.

IN SCHOLARUM USUM

SCRIPSIT

HERM. JOH. ROYAARDS.

THEOL. DOCT. ET PROF. IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA.

FASCICULUS PRIOR.

Historia Ecclesiae antiqua et media.

Trajecti ad Rhenum,

APUD ROBERTUM NATAN.

ACAD. BIBLIOPOLAM.

MDCCCXL.

DISCIPULIS CARISSIMIS

S. P. D.

HERM. JOH. ROYAARDS.

Edendo hocce Compendio Historiae Ecclesiasticae quid mihi proposuerim, omnes novistis, optimi Juvenes! Postquam enim per septemdecim jam annos in hacce Academia Historiam Ecclesiasticam docui, in dies magis magisque desideravi, quod Scholis meis historicis inserviret, Compendium, vosque desideravistis ipsi. Scilicet, ab initio inde, quo Scholas habere inceperim Historico-Ecclesiasticas, ita institutas, ut plurima, quae narrarem, vobis calamo excerpenda darem, facile animadverti breve Compendium desiderare Commilitones, ut conspectum totius hujus disciplinae tenerent. Taediosum vero illud dictandi negotium displicuit vehementer. Ne igitur illo dictando quotannis tempus tereremus, apud animum constitui, quam primum labores academici aliique otium

mihi concederent, ita illud elaborare, ut typis publice ederetur. Sic enim potiorem anni academici partem investigationibus historicis impendere poterimus, pluraque in scholis exponere, quam solebamus antea.

Est igitur hocce Compendium revera *in Scholarum usum conscriptum*, quod rite attendatis, velim. Quippe longissime differunt consilium, ratio, methodus Compendii historici, utrum, typis expressum, inserviturum sit universe disciplinae excolendae, an vero scholis academicis. Pro utroque enim consilio alia aliaque instituatur methodus, necesse est. — Ultimum hocce peculiariter ante oculos habui. Missis cunctis iis, quae profecto addidissem, si unice disciplinae historicae rationem habuissem, hanc mihi primam scripsi legem, ut ea indicarem, quae studiis inserviant academicis. Alia omisi, quae alioquin addenda fuissent; alia contra addidi, quae ceteroquin rectius abessent, quae vero vestris usibus inservitura esse ratus sum. Ita v. c. singulis Periodis et Sectionibus argumenta praemisi; quo magis vos universum teneatis conspectum Historiae Ecclesiasticae, et ea, quae uberius sumus explicaturi, brevi veluti Compendiolo vobis proponatis. Quod enim Historicis non opus est, juvat tironibus, qui ab universo argumento ad peculiaria facta procedant. Ipse contra Historicus a peculiaribus rebus indagandis incipiat, quo certius ad universa adscendat.

Praeterea vero illud potissimum spectavi, ut in illustrandis Ecclesiae fatis ipsum hominem agentem animadvertamus. Hominis enim gentiumque varietas maxime patuit in Historia Ecclesiae; neque eam rite explicare poterimus, nisi peculiaria hominum gentiumque studia ob oculos habeamus. Agit enim in Religione Deus; in Ecclesia homo.

Neque tamen haec eo valeant, ut divinam curam in ipsa Historia Ecclesiae attendere negligamus. Moralem enim et sublimiorem indolem observaremus necesse erat Religionis, quae spiritualem Dei cultum in ipso genere humano restituit. Gentibus enim, Polytheismo addictis, Monotheismum, indole spiritualem atque adeo oppositum cultui externo et crassiori, concessit Deus, quo magis ad morum emendationem duceretur genus humanum. Ita ipsum Deum per homines agentem observamus in Historia.

Hisce aliisque usibus inserviat Compendium academicum necesse est. Exponat indolem et naturam Religionis Christianae ac diversorum ejus fatorum in ipso genere humano, valeatque ita institutio academica non tantum ad discipulos informandos, Historiae Eccl. gnaros, maxime vero ad informandos futuros Theologos, quo magis haecce disciplina inserviat ceteris disciplinis theologicis rite pertractandis et excolendis, ipsaque Theologia Historica suum occupet in Encyclopaedia theologica locum.

Hocce vero consilium quo magis assequeremur, notandus erat *fontium* et supellectilis literariae delectus. Librorum enim titulos in ipso indicare Compendio juvabat prae illorum in Scholis commemoratione. — Diu tamen dubius haesi, quisnam esset instituendus librorum delectus. — Novi equidem hisce nostris temporibus in Compendiis postulari, ut indicentur fontes ac scripta historica, singularum paragraphorum argumentum illustrantia, simulque eorum justa instituatur crisis. Neque tamen prorsus hisce disciplinae historicae desideriis satisfeci. —. Quidni? Hac unice de caussa, quia repetere ea, quae in Compendiis egregiis, v. c. *Hasiano* et omnium instar *Gieseleriano*, aliisve, quae commilitonum erectiorum in manibus versantur, accurate scripta leguntur, minime lubebat. Delere ita constitui, quam primum eo rem redire animadverterem, longiorem illam seriem fontium, quam adscribere singulis paragraphis primum jam inceperam, aliamque mihi legem scripsi in fontibus indicandis; eam scilicet, qua ubivis annotarentur ii fontes et scripta ea, quae indicanda mihi videbantur ad studium vere *academicum* regundum. Propterea istiusmodi delectus vobis satisfacere videbatur, quo *primum* indicarem fontes primarios, quam brevissime posset, allatis cum *Hasii*, tum maxime *Gieseleri* Compendii locis, ubi eorum tituli indicantur, ne nimiâ mole incresceret hocce Compendium, scholis meis inserviturum; *tum* vero eos indicarem scriptores, quos

commilitones academici adirent velim, si quid ulterius esset investigandum; *tandem* vero peculiariter hîc illic eos adderem fontes, vel scripta historica, potissimum Nederlandica, quorum mentionem non fecerant Historici Germanici, vel quae posteriori demum tempore prodierunt. — In singulis vero hisce legem parsimoniae observandam duxi. Etenim, qui prae Compendio et institutione academica sapere velint, ipsique in explicanda Historia Eccl. versari, cunctis hisce, uti et plurimis commilitonibus, praesto sunt laudata Compendia, supellectili literaria egregie sese commendantia; iisque ita satisfiebat, ubi digito indicarem scripta, iis adeunda. Neque opus erat ea indicare Historiae Dogmatum Compendia, quae in Commilitonum, paulo erectiorum, manibus versantur, quorum numerus tempore, quo typis exprimebatur hicce libellus, valde increvit, *Meyeri*, *Neudeckeri*, *Hagenbachii*, *Engelhardtii*, *Baumgarten-Crusii* laboribus, vel iteratis curis.

In duos fasciculos distribuendum hocce Compendium putavi, quo magis vestris inservirem commodis, qui in scholis quotannis unam alteramve partem tantum adhibeatis. — Quo magis vero et accurate et dilucide cuncta vobis indicarentur, veniam sumsi usurpandi voces technicas, vel in schola usitatas, licet antiquitatis auctoritate eas destitutas esse optime noverim, quales sunt *Christianismus*, et hujus generis alia.

Hocce vero consilium quo magis assequeremur, notandus erat *fontium* et supellectilis literariae delectus. Librorum enim titulos in ipso indicare Compendio juvabat prae illorum in Scholis commemoratione. — Diu tamen dubius haesi, quisnam esset instituendus librorum delectus. — Novi equidem hisce nostris temporibus in Compendiis postulari, ut indicentur fontes ac scripta historica, singularum paragraphorum argumentum illustrantia, simulque eorum justa instituatur crisis. Neque tamen prorsus hisce disciplinae historicae desideriis satisfeci. —. Quidni? Hac unice de caussa, quia repetere ea, quae in Compendiis egregiis, v. c. *Hasiano* et omnium instar *Gieseleriano*, aliisve, quae commilitonum erectiorum in manibus versantur, accurate scripta leguntur, minime lubebat. Delere ita constitui, quam primum eo rem redire animadverterem, longiorem illam seriem fontium, quam adscribere singulis paragraphis primum jam inceperam, aliamque mihi legem scripsi in fontibus indicandis; eam scilicet, qua ubivis annotarentur ii fontes et scripta ea, quae indicanda mihi videbantur ad studium vere *academicum* regundum. Propterea istiusmodi delectus vobis satisfacere videbatur, quo *primum* indicarem fontes primarios, quam brevissime posset, allatis cum *Hasii*, tum maxime *Gieseleri* Compendii locis, ubi eorum tituli indicantur, ne nimiâ mole incresceret hocce Compendium, scholis meis inserviturum; *tum* vero eos indicarem scriptores, quos

commilitones academici adirent velim, si quid ulterius esset investigandum; *tandem* vero peculiariter hîc illic eos adderem fontes, vel scripta historica, potissimum Nederlandica, quorum mentionem non fecerant Historici Germanici, vel quae posteriori demum tempore prodierunt. — In singulis vero hisce legem parsimoniae observandam duxi. Etenim, qui prae Compendio et institutione academica sapere velint, ipsique in explicanda Historia Eccl. versari, cunctis hisce, uti et plurimis commilitonibus, praesto sunt laudata Compendia, supellectili literaria egregie sese commendantia; iisque ita satisfiebat, ubi digito indicarem scripta, iis adeunda. Neque opus erat ea indicare Historiae Dogmatum Compendia, quae in Commilitonum, paulo erectiorum, manibus versantur, quorum numerus tempore, quo typis exprimebatur hicce libellus, valde increvit, *Meyeri*, *Neudeckeri*, *Hagenbachii*, *Engelhardtii*, *Baumgarten-Crusii* laboribus, vel iteratis curis.

In duos fasciculos distribuendum hocce Compendium putavi, quo magis vestris inservirem commodis, qui in scholis quotannis unam alteramve partem tantum adhibeatis. — Quo magis vero et accurate et dilucide cuncta vobis indicarentur, veniam sumsi usurpandi voces technicas, vel in schola usitatas, licet antiquitatis auctoritate eas destitutas esse optime noverim, quales sunt *Christianismus*, et hujus generis alia.

Ceterum nihil habeo, quod addam: praeter votum, ut hocce Compendium, Scholis meis historicis vestrisque commodis conscriptum, simul valeat ad alendum excitandumque studium Historiae Ecclesiasticae. Sic vos valete! —

Scripsi Trajecti ad Rhenum, die 16. Novembris 1840.

CONSPECTUS.

PROLEGOMENA.

PARS PRIMA.

HISTORIA ECCLESIAE CRIST. ANTIQUA.

1—600.

PERIODUS PRIMA. *A Christo ad Constantinum M.*

1—312.

Ceterum nihil habeo, quod addam: praeter votum, ut hocce Compendium, Scholis meis historicis vestrisque commodis conscriptum, simul valeat ad alendum excitandumque studium Historiae Ecclesiasticae. Sic vos valete! —

Scripsi Trajecti ad Rhenum, die 16. Novembris 1840.

CONSPECTUS.

PROLEGOMENA.

pag.

Sectio secunda. *Hist. Societatis Chr.*

Sectio tertia. *Historia doctrinae Chr.*

pag.

PARS SECUNDA.

HISTORIA ECCLESIAE CHR. MEDIA.

600—1520.

Sectio tertia. *Hist. doctrinae Christ.* pag.

PERIODUS QUARTA. *Ab Hildebrando et Schismate ad Reformationem.* 1054—1520.

Sectio prima. *Historia publica Religionis Chr.*

Sectio secunda. *Hist. Hierarchiae et Societ. Chr.*

PROLEGOMENA.

§ 1.

Historia Religionis.

Historia *hominem* sibi spectandum proponit. — Inquirit illa in rationem, qua varias suas ingenii animique facultates explicuerit, suasque res gestas moderatus sit. Sic exstitit historia artium, literarum, disciplinarum, Ethices et Humanitatis; sic quoque historia civilis atque politica. *Historia* vero *Religionis* facultates hominis morales ac religiosas, omnium maxime sublimes, sese exserentes et agentes ob oculos ponit. Quapropter prae omni Historia sublimiori indole gaudet; quippe quae vinculum, quod hominem et Deum intercedit, prouti per saeculorum decursum ab hominibus intellectum fuerit et explicatum, indicet.

Universa vero *Religionis Historia* tradit rationem, qua homines et genus humanum Deum Deosve suos coluerint. Narrat igitur, quaenam fuerint fata

diversarum Religionum, quae per varia saecula exstiterunt; quomodo secum invicem conjunctae fuerint, et haud raro coaluerint; quomodo aliae alias praeparaverint, quaeque sit in iis observanda progressio. Inprimis vero Polytheismo opponit Monotheismum. Sic quidem illa exponit hominis, in explicandis sublimioribus facultatibus, agendi rationem et fata. Spirat igitur historia illa consilium morale, cui satisfaciat unaquaeque religio, par est; quapropter non tantum res gestas hominum et gentium exponit, simul vero inquirit in veram earum indolem, naturam, conditionem, i. e. eas, una cum earum causis et effectibus, exponit. Hac enim notâ characteristicâ Historia differt ab Annalibus. 1)

§ 2.

Historia Religionis et Ecclesiae Christianae.

Partem hujus Historiae Religionis universae continet *Historia Religionis et Ecclesiae Christianae*, inquirens in fata doctrinae illius monotheisticae, divinitus patefactae, quam Christus docuit Israelitas, in mediis gentibus polytheisticis viventes, et jam per multa saecula Monotheismi vindices, quamque Ejus Apostoli per orbem terrarum propagarunt. Hanc Religionem, quae *βάσιλειαν τῶν οὐρανῶν* inter homines condidit, professi,

1) Cf. BORGER, *de Histor.*, *pragmat.* — HURD *Gesch. van alle Godsdiensten* (ex Angl. serm. *Belg.* vers.) Amst. 1781. — J. T. MEINERS *allg. krit. Geschichte der Religionen*, Haun., 1806; Belg. sub titulo: *Gesch. van alle Godsdiensten*, Lugd. Bat., 1809. — et alia laud, a cl. J. CLARISSE, *Encycl.* p. 413. seqq. — MUNTINGHE, *Gesch. der menschheid naar den Bijbel*, XI. Dl. — VAN HEUSDE, *de Socr. School.* II., 318., verv. — GERVINUS *Grundzüge der Historik*. Leipz. 1837.

condiderunt societatem Christianorum, sive *Ecclesiam Christianam.* Haec varia formà externa inter homines gentesque prodiit, unde variae exstiterunt societates et familiae Christianae, quae communi Ecclesiae nomine comprehenduntur.

Hujus Ecclesiae, i. e. Regni Dei in hisce terris, fata narrat *Historia Ecclesiae.* Ob oculos illa habet consilium Religionis, cujus oracula sacro Codice, maxime Novo Foedere, continentur, cum morale, tum religiosum; ita ut, quatenus huic consilio satisfecerit, exponat, quomodo illa Religio, cum forma externa, tum interna vi, processerit in genere humano, et quatenus valuerit ad moralem emendandam generis humani conditionem, illudque instituendum vitae futurae, cujus olim participes reddentur, quotquot vera fide Jesum complectuntur. Propterea rationem habet *cum* ipsius Religionis, inter gentes propagatae variaque fortuna usae, *tum* societatis, quam condiderunt illi, qui eam professi sunt; *tandem* doctrinae, quam docuerunt Christus ejusque Apostoli, quamque acceperunt, diversa admodum forma, Christiani.

Historia Ecclesiae arctissime est conjuncta cum Historia gentium, cumque potissimum hominem spectet, aliquatenus refert Historiam Humanitatis. [1])

Nullis non Christianis Historiae Ecclesiasticae notitia et studium utilitatem afferunt permagnam; sed virorum item doctorum, maxime Literatorum et ICtorum egregie inservit commodis. Germanus autem Theologus, illius expers, informari nequit. [2])

---

1) De his dixi in *Orat. de hominum gentiumque varietate, in Hist. Eccl. observanda*, 1823. in *Annal. Acad. Rheno-Traj.* 1823.

2) Cf. GRIESBACH *de Hist. Eccl., nostri saeculi usibus sapienter ac-*

Duplici ratione explicari potest, vel ut spectetur Historia Ecclesiae universa, vel peculiaris illa. Illa Religionis Christianae in genere humano fata exponit; haec in variis, sive gentibus, sive familiis vel sectis.

§ 3.

Fontes et subsidia Historiae Ecclesiasticae.

Licet permagna sit pertractandae Historiae difficultas, potissimum fontium defectui, depravationi, et varietati, barbarae etiam, qua multi conscripti sunt, linguae, aliisque causis tribuenda, vehementer tamen commendandum est eorum studium, sine quo historicus informari nequit.

Triplex maxime distinguimus fontium genus: [1])

1⁰. *Documenta publica.* Sunt illa *vel politica*, uti Leges, Decreta, Edicta, Constitutiones et Capitularia Regum, Principum, Imperatorum; [2]) *vel Ecclesias-*

---

commodatae, utilitate. — in ejus *Opusc. Acad.* ed. GABLER, I, 318. — NÖSSELT, *Anweisung zur Bildung angehender Theologen.* II. 96. — CLARISSE, *Encycl. theol.* 320. seqq., et auctt. ibi laud.

1) Historiam literariam hujus studii dederunt scripta *Sagittarii*, *Pfaffii*, *Buddaei*, *Walchii*, *Noesselti*, *Fabricii*, *Fuhrmanni*, de quorum nonnullis cons. WALCH, *Krit. Nachr. von den Quellen der Kirchengesch.* Lips., 1770, 8. — STÄUDLIN, *Gesch. und Literatur der Kirchengesch.;* Porro DANZ, *Univ.-Wörterb. der theol. und relig. geschichtl. Literatur*, Lips. 1837. seq., de quibus singulis in Scholis agendum.

2) Maxime *Codex Theodos.*, l. 16., edd. GOTHOFREDO et RICHTERO, Lips., 1736. — *Codex Justin. Corp. Jur. civ.*, ed. SPANGENBERG, 1797. — BALUSII *Coll. capitularium Reg. Francorum*, Par., 1780, 2 voll. — GOLDASTI *Coll. constitut. Imperialium*, Francf., 1713; 4 voll.

tica, uti, cum Acta et Canones Conciliorum [1]) universorum et singularum regionum; tum libri et epistolae Paparum et Episcoporum, *Bullariis* comprehensae; [2]) *vel* Societatis Christianae, quae *symbolis* et *liturgiis* continentur. [3])

2°. *Monumenta*, artibus consignata vel constructa, quaeve in operibus Artificum habentur, uti inscriptionibus, nummis, aedibus s., catacombis, aliis. [4])

His vero monumentis ac documentis prudenter uti oportet. Critico opus est ingenio et ἀκρίβεια vere liberali, atque a partium studio libero; animo sincero, veri studioso, non phantasiae figmentis indulgenti, et justa scriptorum, librorum, temporum, locorum notitia.

---

1) *Collectio Conciliorum* LABBEI, — HARDUINI, — maxime MANSI (S. *Conc. nova et amplissima Coll.* Flor. (et Venet)., 1759, seqq., 31 voll.) uti et *Acta* Conciliorum singularum regionum. — Cf. FUCHS *Bibl. der Kirchenversamml. des* 4. *und* 5. *Jahrh.*, Leipz., 1780, 4 T. 8o. — WALCH, *Entwurf einer vollständ. Gesch. d. Kirchenversamml.*, 1759. — *Canones conciliorum* in JUSTELLI *Biblioth. jur. Canonici*, Par., 1661. — BEVEREGII *Synodikon*, *s. Pandecta Canon. Apost.* Oxon., 1672. — *Corpus juris Canonici* ed. BOEHMERUS; Hal., 1747. — et RICHTER, 1839.

2) CONSTANT: *Epist. Rom. Pontif. a Clemente ad Innocentium.* — in SCHOENEMANNI *Epist. ad Leonum M.* — *Magnum Bullarium Romanum a Leone M. ad Bened.* 13, Lux. 1727, XIX voll. — *Bullarum amplissima collectio*, ed. COQUELINES. Rom. 1739. 28 voll. — EISENSCHMID, *Rom. Bullarium*, Neust. 1831, II voll.

3) Cf. *de Symbolis* WALCH, *Bibl. Symb. vetus*, Lemg. 1770. — de *Liturgiis* Orientalibus: RENAUDOT *Liturg. Orient Coll.* Par., 1716. II., 4. De Romanis: MURATORI, *Liturg. Rom. Vet.*, Ven., 1748. II, fol. Universe: ASSEMANNUS *Codex Liturgicus Ecclesiae universae*, Rom. 1749; 13 voll. — M. GERBERT, *Vetus Liturg.*, Altona, 1776.

4) V. C. GRUTERI, *thesaur. inscriptt.*, cur. *Graevii* Amst. 1707. 4. fol. — MURATORI *Thes. vet. inscriptt.* 4o. — *Nummos* Paparum edid. *Bonanni-Venuti*; et nuper prodiit: *Tresor de Numismatique et Glyptique*, *ou Recueil general des Monnaies*, etc. Serie: *Medailles des Papes.*

3°. Tertium fontium genus continetur *scriptis historicis;* scriptoribus nempe Ecclesiasticis autoptis, coëtaneis, posterioribus; cum universe Historicis, tum iis, qui aliquam Historiae partem Monographiis, Memoriis, Biographiis, Commentationibus, aliis, illustrarunt. [1])

Quo rectius vero hisce monumentis utamur, accedunt *subsidia* hujus studii, quae non tantum in notitia Historiae Gentium, Literarum, Philosophiae, Religionis continentur; verum etiam in praesidiis *Philologiae Ecclesiasticae*,[2]) *Chronologiae*,[3]) *Geographiae*,[4]) *Diplomatiae* et *artis Criticae* quaerenda sunt. [5])

Quo magis vero hoc studium promoveatur, Tironibus incipiendum est ab universo conspectu et compendio Historiae; procedendum ad legendos meditandosque Scriptores, ad inquirendos fontes, ad sedulam periodorum

---

1) Cf. CAVE *Scriptt. Eccl. hist. literaria*, Oxon. 1740, II fol. — OUDINI *Comment. de Scriptt. Ecclesiast.* Lips., 1722, 3 *vol.* — DUPIN, *Nouv. Bibl. des auteurs Ecclesiast.*, Par. 1686, 47 *voll. cet.* — OLEARIUS, *Biblioth. Scriptt. Ecclesiast.* Jen. 1711.; praeter *Oelrichsii*, *Ceillerii*, *Schoenemanni*, *Dansii*, *Fabricii*, *Fuhrmanni*, *Wineri* opera literaria.

2) *Philologiam Ecclesiasticam* illustrarunt SUICERUS, *Thesaur. Eccl.* T. II. — DU FRESNE DU CANGE, *Gloss. ad Scriptt. mediae et infimae Latinitatis*, 6 *voll.*, *et graecitatis*, 2 *vol.* — CARPENTIER, *Glossar. novum ad Scriptt. medii aevi*, *cum Latinos*, *tum Gallicos*, Par., 1766. 4 voll. fol. aliaque Glossaria Germanica, Gall. cet.

3) *Chronologiam* emendarunt SCALIGER, *de emendatione temporum.* — PETAVIUS, *doctrina tempor.*, — maxime *Benedictt. de sancto Mauro* in libro; *L'art de verifier les dates*, Par. 1750. 3 T. 4. — Cf. IDELER *Lehrb. der Chronologie*, Berlin, 1831.

4) *Geographiam Eccles.* explicuerunt SPANHEMIUS, *Geogr. S.* — LEQUIEN, *Oriens Christianus.* — MÖLLER *Hierographie* in *Landchart.* Elb. 1822. — STÄUDLIN, *Kirchl. Geogr. und Statistik.* Tub. 1804. II.

5) *De arte diplomatica* cf. MABILLON *de re diplomatica.* — *Nouveau Traité de diplomatique par deux Bénédictins de St. Maure.*

distinctionem et continuam repetitionem, et subsistendum in conficiendis Tabulis historicis. [1])

De *Methodologia* nuper accurate egit Cl. J. CLARISSE in *Encyclop. Theolog.* (Ed. II.) p. 7. seqq.

§ 4.

Historia hujus disciplinae.

Duplex discernenda est Historia Historicorum Ecclesiasticorum, *cum* in orbe antiquo (i. e., inter Orientales, Graecos et Romanos), *tum* in orbe recentiori (i. e., inter gentes aevi medii et recentioris Neo-Europaeas).

I.

Historici ecclesiastici orbis antiqui, (in Eccl. Graeco-orientali et Latina).

(*a Saec. I. ad. XIV.*)

Historici Ecclesiastici plerumque rationem Historiae conscribendae eam secuti sunt, quae invaluerat illo,

---

1) Praestat ipsos eas conficere, quam aliorum tabulas describere. Ceterum usum praestare possunt Tabulae historicae, ab aliis conscriptae, uti VATER, *synchronist. Tafeln der Kirchengèsch.* Hall. 1819; 2e ed. 1825, fol. — SCHRÖCKII et NEANDRI Tabulae, operibus Historicis additae; — SCHÖNEMANNI, SCHOENII, VORLÄNDERII Tabulae, — HAUPT *Tabellarischer Abriss.* — HALD, *Hist. Eccl. synoptice enarrata*, Haun. 1830. — DANZ. *Kirchenh. Tabellen;* Jena, 1838; — praeter MÖLLERI *Hierographie*, supra I. et HAGENBACH *Tabell. Uebersicht der Dogmengeschichte*, Basel 1828.

quo scribebant, tempore. Cum igitur Religio Christiana primum exstiterit in gentibus, eo tempore jam aliquatenus excultis, qui primum ejus fata historice explicuerunt, a sui aevi Historicis profecerunt; neque adeo mirum, in orbe antiquo Ecclesiasticos Historicos non ab Annalibus incepisse, qui in gentibus incultis prima monumenta historica esse solent. Contra, quae fuit Historiae pertractandae hoc aevo ratio, ab Historicis Christianis fere exprimebatur.

Prima Historicorum Eccles. *aetas* continet tria priora secula, *ab* Evangelistis *ad* Eusebium (1 — 300), e qua monumenta historica nobis supersunt Historiae fragmenta et narrationes historicae, quae *Historiae Eccl.* velut *fundamenta* praebent. Continentur illa Evangelistarum et Apostolorum scriptis, maxime Actuum Apostolicorum libro, partim etiam Epistolis in N. T. obviis, et Apocalypseos cap. I — III. Hisce deinde accensendae sunt Hegesippi reliquiae, ex *Eusebii* scriptis cognitae (sec. 2), *Apologetarum* et *Haeresiologorum*, maxime Justini Martyris, Irenaei, Tertulliani scripta; deinceps testimonia Judaeorum, Philonis et Josephi, et Ethnico-Graecorum Latinorumve, Dionis Cassii, Suetonii et Plinii Secundi.

Secunda Historicorum Eccl. antiquorum *aetas*, *ab Eusebio ad aevum medium* (300—600) procedit, quae *Historiam Eccl. exortam et excultam* refert, ad rationem Historicorum Graecorum vel Latinorum, qui eo tempore exstiterunt. Parentem Historiae Ecclesiasticae protulit seculum IV. Eusebium *Pamphili*, qui *Historiam Eccl.* libris X. conscripsit, inde ab initio ad annum

423 et *vitam Constantini*. Summis ille censetur, aevi ratione habita, meritis erga hanc disciplinam, licet erroribus et vitiis non immunis. Graecos sui aevi imitatus est Historicos. Ab eo inde novus ardor prodiit fata Ecclesiae conscribendi, eumque imitando expresserunt insequentes Scriptores, *Ecclesiae Graecae historici*, in quibus recensentur Socrates, Sozomenus, Theodoretus et Philostorgius, sec. V., Theodorus et Evagrius, sec. VI., qui sua quique ratione imitati sunt antiquos suae gentis Historicos.

Ad interitum vergente Romanorum imperio, evanuerunt inter eos studia historica. Pendebant illi a Graecis, inque pertractanda Historiâ Ecclesiae fere occupati fuerunt in vertendis scriptis Graecorum, simul vero fabulis inquinarunt Historiam. Praecipuae tamen partes tribuendae sunt Rufino, Sulpicio Severo, Hieronimo, Cassiodoro, Epiphanio, Gregorio Turonensi.

Cernuntur igitur haece aetate *prima initia et incrementa* ipsius Historiae Eccles., sed nondum subacto judicio et ἀκρίβεια critica sese commendantia. Quae ferebantur, retulerunt Historici, parum solliciti, utrum vera, an falsa, traderent. Unus tamen Eusebius in paucis celebratur; complures autem maluerunt ex illo excerpta dare, quam ipsi in Historiam inquirere; adeo ut studii historici decrescentis indicia secum ferant.

Tertia aetas (600 — 1400) *Historiae Ecclesiasticae* inter Byzantinos *reliquias* refert. Superstite Imperio Byzantino, illic diutius superfuerunt studia historica.

Scriptores enim *Byzantini* (in *Corpore Scriptorum Hist. Byzant.* collecti) multa retulerunt Ecclesiastica. Peculiariter vero Eutychius Alexandrinus, sec. 9. Arabico sermone Historiam conscripsit, et Nicephorus

quo scribebant, tempore. Cum igitur Religio Christiana primum exstiterit in gentibus, eo tempore jam aliquatenus excultis, qui primum ejus fata historice explicuerunt, a sui aevi Historicis profecerunt; neque adeo mirum, in orbe antiquo Ecclesiasticos Historicos non ab Annalibus incepisse, qui in gentibus incultis prima monumenta historica esse solent. Contra, quae fuit Historiae pertractandae hoc aevo ratio, ab Historicis Christianis fere exprimebatur.

Prima Historicorum Eccles. *aetas* continet tria priora secula, *ab* Evangelistis *ad* Eusebium (1 — 300), e qua monumenta historica nobis supersunt Historiae fragmenta et narrationes historicae, quae *Historiae Eccl.* velut *fundamenta* praebent. Continentur illa Evangelistarum et Apostolorum scriptis, maxime Actuum Apostolicorum libro, partim etiam Epistolis in N. T. obviis, et Apocalypseos cap. I — III. Hisce deinde accensendae sunt Hegesippi reliquiae, ex *Eusebii* scriptis cognitae (sec. 2), *Apologetarum* et *Haeresiologorum*, maxime Justini Martyris, Irenaei, Tertulliani scripta; deinceps testimonia Judaeorum, Philonis et Josephi, et Ethnico-Graecorum Latinorumve, Dionis Cassii, Suetonii et Plinii Secundi.

Secunda Historicorum Eccl. antiquorum *aetas*, *ab Eusebio ad aevum medium* (300—600) procedit, quae *Historiam Eccl. exortam et excultam* refert, ad rationem Historicorum Graecorum vel Latinorum, qui eo tempore exstiterunt. Parentem Historiae Ecclesiasticae protulit seculum IV. Eusebium *Pamphili*, qui *Historiam Eccl.* libris X. conscripsit, inde ab initio ad annum

423 et *vitam Constantini.* Summis ille censetur, aevi ratione habita, meritis erga hanc disciplinam, licet erroribus et vitiis non immunis. Graecos sui aevi imitatus est Historicos. Ab eo inde novus ardor prodiit fata Ecclesiae conscribendi, eumque imitando expresserunt insequentes Scriptores, *Ecclesiae Graecae historici*, in quibus recensentur Socrates, Sozomenus, Theodoretus et Philostorgius, sec. V., Theodorus et Evagrius, sec. VI., qui sua quique ratione imitati sunt antiquos suae gentis Historicos.

Ad interitum vergente Romanorum imperio, evanuerunt inter eos studia historica. Pendebant illi a Graecis, inque pertractanda Historiâ Ecclesiae fere occupati fuerunt in vertendis scriptis Graecorum, simul vero fabulis inquinarunt Historiam. Praecipuae tamen partes tribuendae sunt Rufino, Sulpicio Severo, Hieronimo, Cassiodoro, Epiphanio, Gregorio Turonensi.

Cernuntur igitur haece aetate *prima initia et incrementa* ipsius Historiae Eccles., sed nondum subacto judicio et ἀκρίβεια critica sese commendantia. Quae ferebantur, retulerunt Historici, parum solliciti, utrum vera, an falsa, traderent. Unus tamen Eusebius in paucis celebratur; complures autem maluerunt ex illo excerpta dare, quam ipsi in Historiam inquirere; adeo ut studii historici decrescentis indicia secum ferant.

Tertia aetas (600 — 1400) *Historiae Ecclesiasticae* inter Byzantinos *reliquias* refert. Superstite Imperio Byzantino, illic diutius superfuerunt studia historica.

Scriptores enim *Byzantini* (in *Corpore Scriptorum Hist. Byzant.* collecti) multa retulerunt Ecclesiastica. Peculiariter vero Eutychius Alexandrinus, sec. 9. Arabico sermone Historiam conscripsit, et Nicephorus

Callisti, s. XIV, Histor. Eccles. edidit, cujus 18 libri supersunt. Sed in Byzantinis quoque fabularum et traditionum amor deprehenditur.

II.

Historici ecclesiastici orbis recentioris (in Ecclesia Europae recentiori.)

(a Saeculo VII. ad nostra tempora.)

Historiae studium ita fere in genere humano et inter varias gentes procedere solet, ut a Mythis et traditionibus procedat ad Annales, s. Chronica et Collectiones historicas; tum vero ad aetatem Historiae criticam; tandem ad pragmaticam eamque philosopham progrediatur; ita tamen, ut Annales, aetate critica et philosopha, et illi aeque ac critica, aetate pragmatica, haud negligantur.

Neque alia fuit Hist. Eccl. progressio in gentibus recentioribus, quae una cum his gentibus fuit exculta. Uti enim apud Graecos decrevit passim H. E. studium, ex Historia vero simul evanuerant Latini antiqui, ita in Ecclesia Occidentali Europaea recentiori, s. in gentibus Neo-Europaeis, Historia per easdem, quas solet fere, processit, aetates.

Prima aetate, ab aevi medii initio ad Laurentium Vallam (600 — 1450), Historia Eccl. a traditionibus et fabulis, porro ab Annalibus (s. Chronicis) et Biographiis fere incepit. In Monachorum Coenobiis latuit maximam partem Historiae studium. Complectebatur fere vitas Sanctorum, Eremytarum, Monachorum et Martyrum, eorumque acta et miracula. Tandem Episcoporum hi-

storia Annalibus conservabatur, qui, pro barbara aevi ratione, rudia sunt monumenta et superstitionem spirant, Latine conscripta. In ceteris vero eminet Beda *Venerabilis* (saec. VIII.), quibus accesserunt saec. 9 inter Italos Anastasius, et in Germania Haymo Halberstadiensis; sec. X. Luitprandus et Flodoardus Rhemensis; sec. XI. Lambertus Schafnaburgensis et Adamus Bremensis; sec. XII. Sigebertus Gemblaeensis; porro *Scriptores gestorum* plurimorum *Pontificum Belgicorum* et Ordericus Vitalis, a saeculo inde XIII. ad XV. Matthaeus Parisiensis, Ptolomaeus Sincerus et e nostratibus inter alios *Chronica* Monachorum Egmundana, *Trajectensia*, rell., Joh. de Beka, Joh. a Leydis, Thomas a Kempis, alii.

Aetas Historicorum *secunda*, a *Laur. Valla* ad *Moshemium* (1450 — 1750), *Historiam Eccl. criticam et polemicam* refert. Ut fabulas et narrationes ab Historia discernerent gentes Europaeae, inceperunt a scepticismo historico. Honos, Graecis et Latinis literis redditus, et nova, quam Europaei agebant, vita, valuerunt ad excitandam Historiam Eccl. criticam. Renata fuit illa, post Antonium Florentinum, maxime auctore Laurentio Vallâ († 1457), qui oppugnando commento de *origine Symboli Apostolici* et de *falsa donatione Constantini M.*, Historiam a fabularum farragine liberare ausus est.

Hocce praesidio feliciter deinde usi fuerunt *Reformatores*, ut oppugnarent placita, a vero aliena. Quae vero inceperant illi, persecuti sunt alii, maxime Flacius, restitutae Hist. Eccl. parens, una cum adjutoribus Wigando, Judice, Fabro, Corvino, ceterisque *Centuriatoribus Magdeburgensibus*, uti et Chemnitius et Sleydanus.

Quum vero post Reformationem *variae familiae* suam singulae causam agere et vindicare inceperint, diversa apud singulas fuerunt studia historica. *Evangelico-Lutheranorum* ardor historicus per integrum fere saeculum consopitus fuit, parumque valuerunt Calixti conamina.

Exeunte tandem saec. 17 revixit illud studium, multaque inprimis prodierunt *Compendia* Hist. Eccl. Postea vero (1700 — 1750) majori ardore incubuerunt in Historiam Eccl., veri studio indulgentes. Quod promoverunt maxime Thomasius et Arnoldus, quibus successerunt Buddaeus, Fabricius, Werensdorfius, Weismannus tandem, qui egregia multa praestiterunt in Hist. Eccl. Polemicae rationi, quae sensim evanuit, veri successit amor, quo crisis instituebatur historica.

Reformati plures fecerunt in hisce progressus, sed in variis regionibus diversos. Uti inter *Helvetios* inclaruerunt Hottingerus (s. XVI.) et Turrettinus (s. XVII.); ita egregie huc valuerunt *Franco-Galli*, maximeMornaeus, Molinaeus, Dallaeus, Claudius. *Angli* vero Patristicam et Antiquitatem Christianam potissimum coluerunt. *Belgae* in litibus Remonstrantium, et universe item, studiis historicis operam dederunt, maxime Basnagius uterque, Vossius, Spanhemius et Triglandus, Grotius, Brandt, Uitenbogaert, Limborch, Clericus, van der Meersch, plurimique alii.

Eo autem valuit Protestantium ardor historicus, ut excitarentur *Romano-Catholici*, qui Historiae ope uterentur ad suam vindicandam Ecclesiam. Centuriis sese opposuit Baronius, in quem Criticam suam exercuit Pagius. Belgae *Bollandistos* excitarunt; inter *Gallo-Francos* Natalis Alexander, Fleury, Tille-

mont, Spondanus, Godaeus, Bossuet, Ruinartus, Mabillon, Montfaucon, Ducange aliique Christiani Antiquarii, qui liberaliorem Ecclesiae Gallicanae rationem critice coluerunt. Nec vero minus ipsa *Italia* plurimos tulit Historicos, uti Bzovium, Reynaldum, Ladarchium, Guicardinum, Ugellinum, Muratorium, Sarpium, quorum conjunctus labor illud effecit, ut crisis institueretur historica.

Sic quidem, dum singuli suae familiae tuebantur causam, invaluit polemica ratio, non plane a partium studio libera. Maxime autem inserviit Historia Eccl. tuendae cum Hierarchiae, tum Reformationi variaeque familiarum rationi. Hinc *Historia* exstitit *polemico-dogmatica.* Praeterea Archaeologia christiana ac ecclesiastica et Patristica sedulo explicabantur, Compendiisque totius Historiae argumentum exponebatur.

Tertia aetate (1750 — 1840) a Moshemio ad nostra usque tempora, *Historia E. pragmatica et philosopha* effloruit. Evanuit fere inter Historicos peculiaris illa sectarum et familiarum inter Christianos ratio. Hinc critica Historia ad methodum pragmaticam accessit, quia critice non tantum in ipsa facta, verum etiam in rerum causas et effectus inquirebatur. Liberalitate, veri studio, acumine philosopho sese commendabant Historici plurimi, fontium investigatores acerrimi, neque tamen vitiis absolvendi.

Pragmatica illa Historia, a Moshemio inde et Venema ad Schröckium, magis magisque praeparabatur et excolebatur. Ut enim eâ, quam Moshemius viam muniverat, facilius procederetur, fecit Semleri labor historicus, cujus tamen judicandi libertas nonnunquam haud satis prudenter processit. Perfecit illam post

alios multos Schrockius, Historiae pragmaticae Eccl. auctor; quam nostra aetate (nam innumerum foret omnes recensere), emendarunt et purgarunt Planck, Villers, Henke, Staudlin, Schmidt, maxime Neander et Gieseler; praeterea Augusti, Danz, Ullman, Baumgarten Crusius, Hase, Illgen, Engelhardt, Guericke. Hic vero illic Historia Eccl., quae philosophiae vim experiebatur, philosophematibus a prioristicis regebatur, aliasve subiit formas, hodieque conspicuas, de quibus peculiariter agendum.

Pragmatica vero eaque philosopha ratio placuit item Historicis *Romano-Catholicis*, quorum agmen claudit Ritterus, summis laudibus historicis insignis.

In patria nostra illa aetate Venema viam aperuit criticae Historiae accurate tractandae. Recentiores vero Historiae progressus nobis indicarunt, cum antea Hamelsveld, et Ypey, tum postea H. Muntinghe, W. Broes, G. J. Van Senden, Clarisse, pater et filius, J. J. Dermout, J. Heringa, N. C. Kist, P. Hofstede de Groot, aliique multi.

Hujus, nondum clausae, Periodi historiam ad finem perducat posteritas. Hoc tamen concludere licet, nostra demum aetate varia ratione condere incepisse historicos, quae vero nomine dicitur: *Historia Ecclesiastica.* 1)

---

1) Cf. STÄUDLIN *Gesch. u. Hist. der Kirchengesch.* Hamb. 1827. — quaeque uberius disputavi in Disp.: *over den voortgang van de beoefening der Gesch., ook van die der Christel. Kerk:* obvia in *Archief voor Kerkel. Gesch., inzonderheid van Nederland.* I, p. 1 sqq. ubi plurimos librorum titulos indicavi, quare hic ab iis describendis abstinui.

§ 5.

Distributio Historiae Ecclesiasticae.

Tres distinguuntur Partes Historiae Ecclesiasticae.

Prima pars Historiam Ecclesiae narrat antiquam, i. e. in orbe antiquo, a Christo ad s. 6.

Secunda pars Historiam mediam continet, quae Ecclesiam Christianam apud gentes Neo-Europaeas, ad Reformationem usque, proponit.

Tertia pars Historiam Eccl. recentiorem, inde a Reformatione ad nostra tempora, continet.

Singulae hae partes in suas Periodos sunt distribuendae.

alios multos Schrockius, Historiae pragmaticae Eccl. auctor; quam nostra aetate (nam innumerum foret omnes recensere), emendarunt et purgarunt Planck, Villers, Henke, Staudlin, Schmidt, maxime Neander et Gieseler; praeterea Augusti, Danz, Ullman, Baumgarten Crusius, Hase, Illgen, Engelhardt, Guericke. Hic vero illic Historia Eccl., quae philosophiae vim experiebatur, philosophematibus a prioristicis regebatur, aliasve subiit formas, hodieque conspicuas, de quibus peculiariter agendum.

Pragmatica vero eaque philosopha ratio placuit item Historicis *Romano-Catholicis*, quorum agmen claudit Ritterus, summis laudibus historicis insignis.

In patria nostra illa aetate Venema viam aperuit criticae Historiae accurate tractandae. Recentiores vero Historiae progressus nobis indicarunt, cum antea Hamelsveld, et Ypey, tum postea H. Muntinghe, W. Broes, G. J. Van Senden, Clarisse, pater et filius, J. J. Dermout, J. Heringa, N. C. Kist, P. Hofstede de Groot, aliique multi.

Hujus, nondum clausae, Periodi historiam ad finem perducat posteritas. Hoc tamen concludere licet, nostra demum aetate varia ratione condere incepisse historicos, quae vero nomine dicitur: *Historia Ecclesiastica.* 1)

---

1) Cf. STÄUDLIN *Gesch. u. Hist. der Kirchengesch.* Hamb. 1827. — quaeque uberius disputavi in Disp.: *over den voortgang van de beoefening der Gesch., ook van die der Christel. Kerk:* obvia in *Archief voor Kerkel. Gesch., inzonderheid van Nederland.* I, p. 1 sqq. ubi plurimos librorum titulos indicavi, quare hic ab iis describendis abstinui.

§ 5.

Distributio Historiae Ecclesiasticae.

Tres distinguuntur Partes Historiae Ecclesiasticae.

Prima pars Historiam Ecclesiae narrat antiquam, i. e. in orbe antiquo, a Christo ad s. 6.

Secunda pars Historiam mediam continet, quae Ecclesiam Christianam apud gentes Neo-Europaeas, ad Reformationem usque, proponit.

Tertia pars Historiam Eccl. recentiorem, inde a Reformatione ad nostra tempora, continet.

Singulae hae partes in suas Periodos sunt distribuendae.

PARS PRIMA.

HISTORIA
ECCLESIAE CHRISTIANAE ANTIQUA,

A SAECULO PRIMO AD SEXTUM.

Periodus Prima.

A CHRISTO AD CONSTANTINUM M.

1 — 312.

§ 1.

Periodi indoles.

Orbis antiqui gentes nonnullae, Orientales maxime et Graeci, suam fere vixerant aetatem, vigente etiam tum vastissimo Romanorum Imperio, cum in Palaestina prodiit *Jesus Christus*, qui Societatem condidit religiosam, quae nullam habere videbatur vim, neque auctoritatem ullam.

Nihilominus illa, divina auctoritate sancita, immutavit magis magisque orbis faciem, inque his terris condidit *τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ*. Ad hujus Religionis incunabula revertimur prima hacce periodo.

Hujus quidem periodi indoles dignoscitur *aurea Religionis simplicitate*, *a qua sensim absciverunt homines*, ita tamen, ut practicam Religionis vim in dies magis explicarent Christiani. Observatur illa simplicitas in Christo, Doctore divino, eodemque Religionis auctore; in indole et argumento divinae, quam docuit, doctrinae, in Apostolorum institutis, in Religionis caerimoniis et docendi ratione, in moribus maxime Christianorum, in propagatione Evangelii, in disciplina Ecclesiastica, in Societatis prima conditione, aliis.

In divinam vero hanc Religionem mox homines, qui eam explicuerunt, commendarunt, propagarunt, sua intulerunt studia; Philosophiam in doctrinam, Politicam in Ecclesiam, quae a democratica forma sensim ad aristocraticam transiit. Utraque vero usi sunt Religionis adversarii ad eam oppugnandam; unde acerrima pugna Polytheismi et Judaismi cum Christiana Religione exstitit.

His autem ipsis praesidiis simul magis magisque patuit, Religionem Christianam pedetentim in ipsam hominum vitam transiisse, et vim in ea exercere moralem.

Sectio Prima.

HISTORIA CONDITAE ET PROPAGATAE RELIGIONIS CHRISTIANAE.

§ 2.

Sectionis argumentum.

Ultima Historiae Orbis antiqui aetate condita fuit et propagata Religio Christiana. Polytheismo et Mosaismo

successit illa. In Judaeorum gente *Jesus Christus* auctor exstitit divinae Religionis, quam, Evangelium cum hominibus communicans, ipse docuit homines, et propagare inceperunt Apostoli, qui coetus condiderunt varios, inprimis Hierosolymitanum et Antiochenum, ad quorum rationem informabantur ceteri. Haec vero, ab Apostolorum inde aetate, per Asiae, Africae, Europae regiones nonnullas, mirifice fuit propagata. Usa tamen fuit fatis adversis, repetendis illis primum a Judaeis, tum a gentibus, maxime a Romanis, qui Judaeorum partes in se susceperunt, et dirissimis haud raro persecutionibus, in dies crudelioribus, a Neronis inde tempore ad Diocletianum usque, eam exstirpare studuerunt. Verum irritos fecit hosce conatus provida Dei cura, quae ipsis hisce fatis adversis et persecutionibus usa est ad propagandam feliciter Religionem Christianam. Uti enim illa primum Mosaismi locum occupavit, ita deinceps, maxime Christianorum in mediis persecutionibus constantia et fide Martyrum, in Romano imperio Polytheismo succedere coepta est.

Haec igitur Dei et coelestis regni causa ita inter homines processit per familias, coetus, regiones, ut praepararentur singula, quae publicam ipsi conciliarent auctoritatem.

§ 3.

Conditio Orbis politica et moralis, novae Religoni unice accommodata. [1])

Quo tempore Jesus Christus exstitit, divinus Religionis Christianae auctor, vis et *ἐνέργεια* generis humani ab

1) Praeter NITSCHI, REINHARDI, THOLUCKII et NEANDRI scripta

Oriente jam transierat ad Occidentem. Gentibus Orientalibus et Graecis jam successerant Romani, summam rerum hac aetate tenentes. Hi enim per orbem cultiorem Imperium vastissimum condiderunt in Europa, in Asia, in Africa. Affines iis erant in Oriente Parthi et Lybii, in Occidente trans Rhenum et Danubium Germani. [1])

Suberant iis ipsi etiam Judaei, qui, utroque regno diruto, Persis, Aegyptiis et Syris submissi, Maccabaeis auctoribus [2]) (167 — 63 a. C.) suam condiderant Rempublicam, sed mox Romanis parere debuerunt; quorum nomine, sive Reges, sive Ethnarchae et Tetrarchae, sive Procuratores, eos regebant. [3]) A Judaeis vero discernendi sunt *Samaritani*, Samariam incolentes, [4]) uti a Judaeis Palaestinensibus Hellenistae ac Proselytae.

Politicae huic, nec minus morali, gentium conditioni plurimae inerant opportunitates accipiendae Religionis, indole sublimioris. Vigebat ubivis sive Polytheismus [5]),

---

(a GIESELERO laudata I. 24), cons. maxime TZSCHIRNER, *der Fall des Heidenthums*. Leips. 1829 I., et ipse GIESELER, l. l.

1) GIBBON, *the Decline and Fall of the Roman Empire*.

2) VAN BEMMELEN, *Gesch. der Maccabeën*. 1837.

3) Cons. FLAVII JOSEPHI, opera. (cf. GIESELER.) — JOST, *Gesch. der Israeliten seit den Maccabäern bis auf unsere Tage*. Berl. 1820—1828, 9 Th. — ejusque: *allgem. Geschichte des Israëlitischen Volks*. Berl. 1832, II voll. — MUNTINGHE, *Geschiedenis der Menschheid naar den Bijbel*.

4) II *Regum* 17; 24. — GESENII scripta, a GIESELERO l. p. 56 seqq. — Epistolis in not. c. addatur: HAMAKER *over de Samaritaansche Briefwisseling*, in het *Archief voor Kerk. Geschiedenis*. T. V. —

5) Cons. TZSCHIRNER, l. l. — THOLUCK in NEANDERS *Denkwürdigkeiten*, T. I. — HOFSTEDE DE GROOT, *Instit. Hist. Eccl.* in Periodo praeparatoria.

sive Monotheismus, admodum depravatus. Gentes in Polytheismo sua expresserant tum vitia, tum virtutes. In Graecorum et Romanorum placitis philosophicis sese explicuerat fere ingenii humani id temporis vis. 1) Idololatria et superstitio dominabantur ubivis; plebs miri studio ducebatur, quique superstitiosam hanc Religionem emendare conabantur, fuerunt perpauci; quapropter novae, eique divinae, accipiendae Religioni aptissima erant haecce tempora.

Judaei porro, inde ab exsilio Babylonico, Mosaismum profitebantur commaculatum quam maxime. Superstitio invaluerat et ἀπιστια, una cum sectis Pharisaeorum et Sadducaeorum. Rationem ascetico — philosopham sectabantur Essaei; ad cultum externum omnis fere referebatur Religio: exspectatio Messiae ad culmen pervenerat. Sic quidem ipsa haec rerum conditio novae Religioni viam muniverat.

§ 4.

Jesus Christus, divinus Religionis auctor. 2)

Imperante Augusto, regnante Herode, Bethlehemi natus est *Jesus*, Mariae filius, praeparatis omnibus, quae

---

1) De Graecorum religione cons. praeter auctores, a GIESELERO laudatos: V. LIMBURG BROUWER, *Histoire de la civilisation morale et religieuse des Grecs*, Gron. 1833. — VAN HEUSDE, *Initia philosophiae Platonicae*. vol. III.

2) Quatuor Evangelia: Matthaei, Johannis, Marci et Lucae. — HESS, *Lebensgesch. Jesu*. 8. Aufl. Zürich. 1822. 3. Bd. — HESS, *Lehre, Thaten u. Schiksale unsers Herrn*, 3. Aufl. Zür. 1807. — Utrumque opus Belgice versum exstat. — BERGEN, *Gedenkwaardighe-*

Christi, s. Messiae, in hasce terras adventum indicarent. Prodromus Ipsi exstiterat Johannes Baptista. De constituendo vero anno, mense, et die natali diu disputatum est, et adhuc sub judice lis est. [1]) — Nazarethae primum fuit institutus; plurima vero de ipso, infante et puero, latent, quo factum, ut nonnulli ad conjecturas satis inanes de eo, vel ab Essaeis, vel a Sadducaeis, vel a philosophis Alexandrinis, vel ab aliis, instituto, accesserint, atque in Evangeliis Apocryphis plurimae referantur de infantia Jesu ceterisque ejus fatis fabulae. [2]) Vel sic tamen constat, ejus natales divinae Ipsius originis et majestatis notas secum tulisse, eumque, duodecim annorum puerum, futurae praestantiae indicia jam dedisse.

Triginta annos natus, vitam adiit publicam, a Johanne baptismo inauguratus. Docuit enim gentem, in qua versabatur, doctrinam salutiferam regni, quod conderet, coelestis; miraculis editis et vaticiniis auctoritatem sibi conciliavit Legati Divini et Filii Dei, ceteris hominibus nequaquam comparandi, et Apostolos instituit, doctrinae inter Judaeos et gentes nuncios futuros.

Sic Messiam Judaeorum sese profitebatur. Nonnullis vero morem ei gerentibus, male eum habuerunt Ju-

---

den uit het leven van Jezus, *met Aanm. van* J. HERINGA, 2 deelen. Leyd. 1792. — PAULUS, *das Leben Jesu*. 1828. 2 Bd. — HASE, *das Leben Jesu*. 3e Aufl. Leips. 1837, qui consulatur de variis scriptis ad vitam Jesu illustrandam. — NEANDER, *das Leben Jesu*, Berl. 1837. et centena alia, quae opportunitate STRAUSSIANI Operis (*das Leben Jesu*) prodierunt.

1) Cf. GIESELER, a. a. O. I. p. 62 sqq. — et Scriptores, ibi laudati.

2) Cf. cum FABRICIUS, tum maxime THILO, *Cod. Apocryph. N. Test.* Lips. 1832. Vol. I.

sive Monotheismus, admodum depravatus. Gentes in Polytheismo sua expresserant tum vitia, tum virtutes. In Graecorum et Romanorum placitis philosophicis sese explicuerat fere ingenii humani id temporis vis. [1]) Idololatria et superstitio dominabantur ubivis; plebs miri studio ducebatur, quique superstitiosam hanc Religionem emendare conabantur, fuerunt perpauci; quapropter novae, eique divinae, accipiendae Religioni aptissima erant haecce tempora.

Judaei porro, inde ab exsilio Babylonico, Mosaismum profitebantur commaculatum quam maxime. Superstitio invaluerat et ἀπιστία, una cum sectis Pharisaeorum et Sadducaeorum. Rationem ascetico — philosopham sectabantur Essaei; ad cultum externum omnis fere referebatur Religio: exspectatio Messiae ad culmen pervenerat. Sic quidem ipsa haec rerum conditio novae Religioni viam muniverat.

§ 4.

Jesus Christus, divinus Religionis auctor. [2])

Imperante Augusto, regnante Herode, Bethlehemi natus est *Jesus*, Mariae filius, praeparatis omnibus, quae

---

1) De Graecorum religione cons. praeter auctores, a GIESELERO laudatos: V. LIMBURG BROUWER, *Histoire de la civilisation morale et religieuse des Grecs*, Gron. 1833. — VAN HEUSDE, *Initia philosophiae Platonicae*. vol. III.

2) Quatuor Evangelia: Matthaei, Johannis, Marci et Lucae. — HESS, *Lebensgesch. Jesu*. 8. Aufl. Zürich. 1822. 3. Bd. — HESS, *Lehre, Thaten u. Schiksale unsers Herrn*, 3. Aufl. Zür. 1807. — Utrumque opus Belgice versum exstat. — BERGEN, *Gedenkwaardighe-*

Christi, s. Messiae, in hasce terras adventum indicarent. Prodromus Ipsi exstiterat Johannes Baptista. De constituendo vero anno, mense, et die natali diu disputatum est, et adhuc sub judice lis est. [1] — Nazarethae primum fuit institutus; plurima vero de ipso, infante et puero, latent, quo factum, ut nonnulli ad conjecturas satis inanes de eo, vel ab Essaeis, vel a Sadducaeis, vel a philosophis Alexandrinis, vel ab aliis, instituto, accesserint, atque in Evangeliis Apocryphis plurimae referantur de infantia Jesu ceterisque ejus fatis fabulae. [2] Vel sic tamen constat, ejus natales divinae Ipsius originis et majestatis notas secum tulisse, eumque, duodecim annorum puerum, futurae praestantiae indicia jam dedisse.

Triginta annos natus, vitam adiit publicam, a Johanne baptismo inauguratus. Docuit enim gentem, in qua versabatur, doctrinam salutiferam regni, quod conderet, coelestis; miraculis editis et vaticiniis auctoritatem sibi conciliavit Legati Divini et Filii Dei, ceteris hominibus nequaquam comparandi, et Apostolos instituit, doctrinae inter Judaeos et gentes nuncios futuros.

Sic Messiam Judaeorum sese profitebatur. Nonnullis vero morem ei gerentibus, male eum habuerunt Ju-

---

den uit het leven van Jezus, *met Aanm. van* J. HERINGA, 2 deelen. Leyd. 1792. — PAULUS, *das Leben Jesu*. 1828. 2 Bd. — HASE, *das Leben Jesu*. 3e Aufl. Leips. 1837, qui consulatur de variis scriptis ad vitam Jesu illustrandam. — NEANDER, *das Leben Jesu*, Berl. 1837. et centena alia, quae opportunitate STRAUSSIANI Operis (*das Leben Jesu*) prodierunt.

1) Cf. GIESELER, a. a. O. I. p. 62 sqq. — et Scriptores, ibi laudati.

2) Cf. cum FABRICIUS, tum maxime THILO, *Cod. Apocryph. N. Test.* Lips. 1832. Vol. I.

daeorum Proceres et Sacerdotes; tandem vero, auctore Pontio Pilato, Procuratore Romano, morti, quam a Prophetis indicatam praenunciaverat ipse, eum tradiderunt violentae. Ipse, e mortuis post triduum fere in vitam revocatus, per quadraginta dies in terris fuit versatus, post quos, cunctis, quae ei peragenda a Deo erant mandata, peractis, in domum coelestem rediit, Ecclesiae regnum gesturus.

In cunctis hisce peragendis, perferendis, subeundis, ita versatus est Christus, ut, et suam prae ceteris hominibus praestantiam naturae ostenderet, et simul Religionem Christianam in orbem induceret. [1])

§ 5.

Apostoli, primi Evangelii nuncii.

Religionem hancce propagandam mandavit Christus primum quidem 70 discipulis, qui, ipso superstite, illius annunciandae periculum fecerunt (Luc. X.), inter quos fortasse referendi sunt Evangelistae et Prophetae; inprimis vero duodecim Apostolis, [2]) quos per triennium ipse instituerat, quibusque ante, quam in coelos abiret, propagandi Evangelii peculiare mandatum dederat. —

---

1) Reinhardt, *plan van den stichter des christendoms, met aanm.*, *door* J. L. Wolterbeek. Amst. 1806. — Ullman, *über die Sündlosigkeit Jesu* et Fritsche, de ἀναμαρτησιὰ Ἰησοῦ.

2) Lucae, *Acta Apostolorum*. — Eusebius, *Hist. Eccl. I.* — Ceterum, praeter Cappelli, Cavei, Buddaei, Hessi, Planckii, al. scripta, a Gieselero laud. I. p. 82., consul. maxime Neander, *Gesch. der Pflanzung und Leitung der Chr. Kirche durch die Apostel.* — Fabricius, *lux salutaris toti orbi exoriens.* Hamb. 1734.

Capernaumi plerumque versans, hinc itinera suscepit per Galileam et Judaeam, nonnunquam per Samariam.

Divinitus inaugurata Religione Christiana Pentecostes festo, (Act. II) Apostoli Evangelium inter Judaeos et gentes annuntiare instituerunt: primum Hierosolymis; deinde, orta persecutione, Judaeis per Judaeam, Samariam, Syriam, Phoeniciam, Cyprum et vicos maritimos. Tum vero inprimis primarias in hisce partes egit Paulus, antea Religionis Ch. adversarius acerrimus, postea ad sacra Christiana Dei cura conversus. Hic enim, ab eo inde tempore, (a°. 40) per triennium in Arabia et Damasci commoratus, (Gal. I. 17, 18. Act. IX: 19-27) Messiam Judaeis commendavit. Deinde Hierosolymas abiit, ubi tamen male habitus ab Hellenistis, (Act. IX: 29, 30) Tarsum cessit. Religionis Christianae indolem et ambitum rite percipiens, libertatem Christianam prae ceteris commendavit et ab hoc inde tempore propagandae Religioni vitam dicavit: ipseque Religionis Christianae inter Ethnicos exstitit Apostolus (Gal. II: 9). His enim Antiochiae commendare coepit Religionem Chr. (Act XI: 25) variaque deinde, primum quidem cum Barnaba, suscepit itinera in Asiam Minorem (a°. 44), per Graeciam et per Italiam, quibus per omnem vitam egregie profuit Religioni Christianae. 1)

Una cum eo ceteri Apostoli in propagando Evangelio versati fuerunt; Petrus quidem in Asia Minori, Bithynia, Galatia, alibi in Asia; Johannes in Palaestina et

---

1) De Chronologia Paulina scriptoribus, laud. a GIESELERO, I. § 26. p. 86, 87, add. BOSVELD, *Tijdmeter*. Dl. I. — Ceterum vitam Pauli cum antea, tum recentiori tempore explicuerunt PALEY, HEMSEN, SCHRADER *et* SCHOTT, laud. a HASIO, l. l., p. 42. item et JABLONSKI, MYNSTER, EICHHORN, WOLFF, al., de quibus vide GIESELER, l. l. I. 90. n. f.

Asia Minori. Ceterorum plerumque fata ignorantur; licet multa de iis fuerint relata, aeque ac de morte, quam subierint. **Jacobum** tamen Hierosolymis martyrium subiisse novimus (a°. 67), quod quidem de **Petro** et **Paulo** sub Nerone affirmari posse multis videtur. Unus tandem **Johannes**, ceteris mortuis, fuit superstes, qui Ephesi diem obiit, annos natus 100 vel 101.

§ 6.

Propagatio Religionis Christianae per Apostolos. — Coetus.

Hi quidem Apostoli, sua singuli ratione in Evangelio annuntiando versantes, ubivis coetus condiderunt in urbibus primariis, qui sua sponte fere enascebantur, quorumque socii mutuo amoris vinculo erant conjuncti. In his principi loco censentur coetus *Hierosolymitanus*, (cujus fata narravit **Lucas** in Act. Ap. c. II, IV, V, VI, XV, quique brevi ad plurium millium hominum numerum accrevit et unde ortus quoque est coetus Pellensis) et *Antiochenus*, Metropolis coetuum inter Ethnicos. Hinc, post persecutionem Hierosolymitanam, per varias regiones, in Syria, Asia minori et occidentali, Phoenicia, Cypro, Graecia et Italia conditi sunt coetus Christiani, Judaeis aeque atque Ethnicis constantes. Versabantur hi coetus in medio Polytheismo, quo factum, ut vix quidem primum oculos ad se traherent, licet ad eum impugnandum et expellendum accrescerent. — Annuntiando laeto nuntio de Messia et regno coelesti in hisce terris, processerunt per varias regiones Apostoli eorumque socii, in quibus omnibus initia cer-

nimus Evangelii feliciter per orbem terrarum propagati. [1])

§ 7.

Propagatio Religionis Christianae ab Apostolorum aetate ad Constantinum Magnum.

Qualis fuit humanitatis et cultus humani ab Oriente occidentales et boreales terras versus progressio, talis fuit quoque Religionis Christianae, quae altioris fuit cultus effectrix. [2])

Licet enim incertae auctoritatis sint narrationes plurimae, vel sic tamen constat, illam e Palaestina oriundam, per Asiam minorem et Syriam processisse; saeculo vero secundo Indis, (Arabibus, s. Aethiopibus); saeculo tertio aliis Arabiae partibus et affinibus Persis innotuisse. Nec vero minus in quasdam Africae partes, maxime Alexandriam, penetravit et per alias oras maritimas Africae fuit propagata.

Romanis auctoribus, propagata fuit non tantum saeculo secundo per Africam occidentalem, maxime Carthaginem; sed in occidentali etiam Europa. Sic saeculo jam secundo Galliae pars Transalpina, i. e. Francia hodierna, Hispania, Britannia, Germania Cisrhenana i. e. Italiae affinis, prima ejus notitia imbuebantur. Vi sua morali processit Christiana Religio, neque huc-

1) Cf. MOSHEMII, *Comm. de rebus Christianorum ante Constant. M.* Helmst. 1753. 8. — obvia, Belgice verso, in: *Noodige ophelderingen der K. G. tot den tijd van* CONST. D. GR. vertaald door MACLAINE. — et NEANDER, *Gesch. der Pflanzung*, supra l. l. alia.

2) Cff. quae dixi in *Oratione de hominum gentiumque varietate, in Historia Eccl. observanda.* p. 2.

usque Ethnicismum profligare conabatur. Causae suae patronos nondum nacta erat inter viros doctiores ante aetatem Antoninorum. Chiliasmo nitentes, Messiae regnum exspectabant Christiani. Maxime vero saeculo tertio interius in Galliam penetravit, cujus septem recensentur coetus primarii, et vero in Scotiam et Caledoniam inducta est. Nec proavi nostri, Batavi maxime, hujus religionis plane ignari versabantur. Europaei vero orientales eam cum a Romanis, tum maxime ab orientali et graeca Ecclesia, acceperunt, uti Gothis per captivos innotuit. [1])

In hacce Religionis propagatione singulae gentes suam sequebantur rationem. Propagandi studio imprimis ducebantur Romani, qui, et, Evangelii causa, itinera suscipientes, et mercatorum, atque militum, ope aliis illud commendantes, vix tamen aliis praesidiis usi sunt, nisi quod illud *annuntiarent* (εὐαγγέλιον).

Primaria quidem propagati feliciter Evangelii *causa* quaerenda est in divinae Religionis indole et praestantia. Scilicet divina erat Religio, omni generi humano accommodata, quae eo communicabatur tempore, quo gentes ad maturiorem pervenerant aetatem.

Quo magis effectum illa causa haberet, plurimae valuerunt *opportunitates*. Aliis enim *innotuit* Religio praesidiis linguae cum Latinae, tum maxime Graecae; versionibus Codicis Sacri, inprimis Syriacae et Veteris Italae; praesidiis politicis, gentium commercio, cet. Aliis subsidiis *commendabatur* varii generis homini-

1) De propagatione Evangelii cff. EUSEBIUS H. E. aliique Patres Ecclesiae, a GIESELERO laudati l. l. I. 130-132. 228-230 — MOSHEMIUS, *de rebus Christianorum ante Constantinum*. — TZSCHIRNER, *Fall*. a. a. O. — NEANDER, *Kirchen-Gesch*. I. 1.

bus; *doctioribus* nimirum philosophia Alexandrina, potissimum Platonica; *populis* universe morum probitate et disciplina morum rigidiore; *adversariis* Apologiarum subsidio, quas conscripserunt Justinus Martyr, Athenagoras, Tatianus, Minucius Felix, Theophilus, Tertullianus. Nec vero minus ad propagandam Religionem adhibuerunt Christiani pias fraudes, disciplinam arcani, vaticinia, miraculorum fidem, ne dicam de Agapes Clementinae fabula. 1)

Eo autem valuerunt illae opportunitates, ut magis magisque Ethnicismum adoriretur, oppugnaret, profligaret Religio Christiana.

§ 8.

Fata Religionis Christianae adversa.

Spectaculum sane praebet mirandum, novam advertere Religionem, quae, divina auctoritate nixa, omnes in orbe terrarum evertere Religiones suamque doctrinam ubivis stabilire, sibi proposuit.

Divinae autem Religioni sese opposuerunt *homines.* Hinc fata Religionis adversa explicanda. — Opposuerunt sese cum Judaei, tum gentes; in his cum Oratores, Poëtae, Philosophi, tum Sacerdotes aliarum Religionum, Magistratus et plebeji homines, Principes, Imperatores adeo, atque populi. Verum omnes illos humani generis conatus, Deo auctore, superavit Religio Christiana.

---

1) Cf. GIBBON, *Decline and Fall of the Roman Empire*, l. 16. et quae contra eum monuit SELTENREICH, *over de voortplanting van het Christendom* in de *Verhand. van het Haagsche Gen:* 1816. — KESTNER, *die Agape, oder der Weltbund der Christen unter Domitian*, Jena 1819. coll. censura in BENGELS *N. Archif. f. d. Theologie* I. 1. 187.

usque Ethnicismum profligare conabatur. Causae suae patronos nondum nacta erat inter viros doctiores ante aetatem Antoninorum. Chiliasmo nitentes, Messiae regnum exspectabant Christiani. Maxime vero saeculo tertio interius in Galliam penetravit, cujus septem recensentur coetus primarii, et vero in Scotiam et Caledoniam inducta est. Nec proavi nostri, Batavi maxime, hujus religionis plane ignari versabantur. Europaei vero orientales eam cum a Romanis, tum maxime ab orientali et graeca Ecclesia, acceperunt, uti Gothis per captivos innotuit. [1])

In hacce Religionis propagatione singulae gentes suam sequebantur rationem. Propagandi studio imprimis ducebantur Romani, qui, et, Evangelii causa, itinera suscipientes, et mercatorum, atque militum, ope aliis illud commendantes, vix tamen aliis praesidiis usi sunt, nisi quod illud *annuntiarent* (εὐαγγέλιον).

Primaria quidem propagati feliciter Evangelii *causa* quaerenda est in divinae Religionis indole et praestantia. Scilicet divina erat Religio, omni generi humano accommodata, quae eo communicabatur tempore, quo gentes ad maturiorem pervenerant aetatem.

Quo magis effectum illa causa haberet, plurimae valuerunt *opportunitates*. Aliis enim *innotuit* Religio praesidiis linguae cum Latinae, tum maxime Graecae; versionibus Codicis Sacri, inprimis Syriacae et Veteris Italae; praesidiis politicis, gentium commercio, cet. Aliis subsidiis *commendabatur* varii generis homini-

---

1) De propagatione Evangelii cff. EUSEBIUS H. E. aliique Patres Ecclesiae, a GIESELERO laudati l. l. I. 130-132. 228-230 — MOSHEMIUS, *de rebus Christianorum ante Constantinum.* — TZSCHIRNER, *Fall.* a. a. O. — NEANDER, *Kirchen-Gesch.* I. 1.

bus; *doctioribus* nimirum philosophia Alexandrina, potissimum Platonica; *populis* universe morum probitate et disciplina morum rigidiore; *adversariis* Apologiarum subsidio, quas conscripserunt Justinus Martyr, Athenagoras, Tatianus, Minucius Felix, Theophilus, Tertullianus. Nec vero minus ad propagandam Religionem adhibuerunt Christiani pias fraudes, disciplinam arcani, vaticinia, miraculorum fidem, ne dicam de Agapes Clementinae fabula. [1])

Eo autem valuerunt illae opportunitates, ut magis magisque Ethnicismum adoriretur, oppugnaret, profligaret Religio Christiana.

§ 8.

Fata Religionis Christianae adversa.

Spectaculum sane praebet mirandum, novam advertere Religionem, quae, divina auctoritate nixa, omnes in orbe terrarum evertere Religiones suamque doctrinam ubivis stabilire, sibi proposuit.

Divinae autem Religioni sese opposuerunt *homines*. Hinc fata Religionis adversa explicanda. — Opposuerunt sese cum Judaei, tum gentes; in his cum Oratores, Poëtae, Philosophi, tum Sacerdotes aliarum Religionum, Magistratus et plebeji homines, Principes, Imperatores adeo, atque populi. Verum omnes illos humani generis conatus, Deo auctore, superavit Religio Christiana.

---

1) Cf. GIBBON, *Decline and Fall of the Roman Empire*, l. 16. et quae contra eum monuit SELTENREICH, *over de voortplanting van het Christendom* in de *Verhand. van het Haagsche Gen:* 1816. — KESTNER, *die Agape, oder der Weltbund der Christen unter Domitian*, Jena 1819. coll. censura in BENGELS *N. Archif. f. d. Theologie* I. 1. 187.

Pugnam primum quidem egit Religio Christiana cum Mosaismo. Christianis enim sese opponere inceperunt *Judaei*. Hi, frustrati Messiae, Regis terrestris, exspectatione, et patriae Religionis ducti amore, jam in ipsa Judaea contra eos saevierunt, maxime Hierosolymis; uti et extra Palaestinam. Devastatis vero Hierosolymis vis iis ademta fuit; sed mota, Barchocheba auctore, seditione, inprimis vexarunt Christianos. — Deinde, sub Patriarchis suis viventes, obtrectationibus et conviciis petierunt Christianos. Verum frustra fuerunt illorum conatus. Distructo templo, loco suo mota fuit Judaica Religio. Et haec quidem prima Christianismi recensetur victoria.

Judaeis ex historia fere evanescentibus, eorum in persequendis Christianis partes in se susceperunt *Gentes*, maxime Romani. Pugnam cum illis iniit Ethnicismus. — Quum enim in Romanorum Imperio inprimis propagaretur Religio Christiana, illi ejus hostes et adversarii exstiterunt. Potissimum inducebantur causis politicis, cum Christianos hostes haberent Imperii, quippe qui illius interitum minitarentur, et continenter de rege suo loquerentur. Sed causis etiam religiosis incitabantur. Atheos enim habebant Christianos, qui odium generis humani docerent, thyësteis epulis et incestu Oedipodeo notabantur, et Polytheismum Daemonibus tribuebant. Quae omnia odium aluerunt in Christianos.

§ 9.

Publica Religionis Chr. conditio. — Persecutiones.

Per varios casus ivit Religio Christiana. Quo tempore coetus Christianorum ubivis propagabantur et sociorum

numero increscebant, in ipso Romanorum Imperio tristissima saepe fuit Christianorum conditio. Plagas, carceres, direptiones, spoliationes bonorum, lapidationes, mortem adeo pati debuerunt, quae cum e plebis saevitia, festorum maxime opportunitate, et magistratuum iniquitate, tum e Principum et Imperatorum edictis, repetenda sunt. 1)

Decem institutas fuisse persecutiones, a decem Imperatoribus repetendas, crediderunt, a saeculo inde quinto, veteres; recte vero negarunt recentiores. — Persecutoribus inprimis accensentur Nero, Domitianus, Decius, Diocletianus. 2)

Uti universe in Romano Imperio plurimi admittebantur cultus, et plerumque cultus libertate utebantur Judaei, quorum secta habebantur Christiani; ita simul decreta de *religionibus peregrinis* et *collegiis illicitis* saepius adversus eos valebant. In his enim recensebantur haud raro coetus Christianorum.

Ante Neronem Imperatorum nullus in eos saeviit. Claudius enim eos Judaeos habuit et una cum iis Roma exire jussit. A Nerone igitur ad Antoninos *prima persecutionum* currit *periodus*. Ipse autem Nero, crudelissimus homo, incensae Urbis auctores esse dixit Christianos, vulgo odiosos. Hoc nomine eos saevissimis petiit poenis. Alia praeterea imputata videntur Christianis, alibi degentibus. Namque probabile videtur, nonnullos, extra urbem Romam, hancce arripuisse persequendorum

1) Eusebius l. l. IV: 15. V. 1-3. Balduinus, *Comm. ad edicta veterum Principum Romanorum de Christianis;* prodiit deinde in Balduini *Constant. M.* Halae 1722.

2) P. H. Hugenholtz, *Diss. de vexationibus, quas passi sunt Christiani ante Const. M., maxime de decem, quae feruntur, persecutionibus*, obvia in *Annalibus Acad. Rheno-Traj.* 1818, et auctores ibi laudati.

Pugnam primum quidem egit Religio Christiana cum Mosaismo. Christianis enim sese opponere inceperunt *Judaei*. Hi, frustrati Messiae, Regis terrestris, exspectatione, et patriae Religionis ducti amore, jam in ipsa Judaea contra eos saevierunt, maxime Hierosolymis; uti et extra Palaestinam. Devastatis vero Hierosolymis vis iis ademta fuit; sed mota, Barchochcba auctore, seditione, inprimis vexarunt Christianos. — Deinde, sub Patriarchis suis viventes, obtrectationibus et conviciis petierunt Christianos. Verum frustra fuerunt illorum conatus. Distructo templo, loco suo mota fuit Judaica Religio. Et haec quidem prima Christianismi recensetur victoria.

Judaeis ex historia fere evanescentibus, eorum in persequendis Christianis partes in se susceperunt *Gentes*, maxime Romani. Pugnam cum illis iniit Ethnicismus. — Quum enim in Romanorum Imperio inprimis propagaretur Religio Christiana, illi ejus hostes et adversarii exstiterunt. Potissimum inducebantur causis politicis, cum Christianos hostes haberent Imperii, quippe qui illius interitum minitarentur, et continenter de rege suo loquerentur. Sed causis etiam religiosis incitabantur. Atheos enim habebant Christianos, qui odium generis humani docerent, thyëstheis epulis et incestu Oedipodeo notabantur, et Polytheismum Daemonibus tribuebant. Quae omnia odium aluerunt in Christianos.

§ 9.

Publica Religionis Chr. conditio. — Persecutiones.

Per varios casus ivit Religio Christiana. Quo tempore coetus Christianorum ubivis propagabantur et sociorum

numero increscebant, in ipso Romanorum Imperio tristissima saepe fuit Christianorum conditio. Plagas, carceres, direptiones, spoliationes bonorum, lapidationes, mortem adeo pati debuerunt, quae cum e plebis saevitia, festorum maxime opportunitate, et magistratuum iniquitate, tum e Principum et Imperatorum edictis, repetenda sunt. 1)

Decem institutas fuisse persecutiones, a decem Imperatoribus repetendas, crediderunt, a saeculo inde quinto, veteres; recte vero negarunt recentiores. — Persecutoribus inprimis accensentur Nero, Domitianus, Decius, Diocletianus. 2)

Uti universe in Romano Imperio plurimi admittebantur cultus, et plerumque cultus libertate utebantur Judaei, quorum secta habebantur Christiani; ita simul decreta de *religionibus peregrinis* et *collegiis illicitis* saepius adversus eos valebant. In his enim recensebantur haud raro coetus Christianorum.

Ante Neronem Imperatorum nullus in eos saeviit. Claudius enim eos Judaeos habuit et una cum iis Roma exire jussit. A Nerone igitur ad Antoninos *prima persecutionum* currit *periodus*. Ipse autem Nero, crudelissimus homo, incensae Urbis auctores esse dixit Christianos, vulgo odiosos. Hoc nomine eos saevissimis petiit poenis. Alia praeterea imputata videntur Christianis, alibi degentibus. Namque probabile videtur, nonnullos, extra urbem Romam, hancce arripuisse persequendorum

---

1) EUSEBIUS l. l. IV : 15. V: 1-3. BALDUINUS, *Comm. ad edicta veterum Principum Romanorum de Christianis;* prodiit deinde in BALDUINI *Constant. M.* Halae 1722.

2) P. H. HUGENHOLTZ, *Diss. de vexationibus, quas passi sunt Christiani ante Const. M., maxime de decem, quae feruntur, persecutionibus*, obvia in *Annalibus Acad. Rheno-Traj.* 1818, et auctores ibi laudati.

Christianorum opportunitatem; licet nulla videatur fides tribuenda inscriptioni, quae in Hispania inventa fertur. Hinc prima illa repetenda Christianorum persecutio, cujus martyres dicuntur ipsi etiam Apostoli, Petrus et Paulus, quaeque ad Neronis usque mortem perdurasse videtur (64-68).

A Neronis inde morte ad Domitianum usque (68-81) quiete plurimum usi sunt Christiani, Imperatoribus Galba (68-69), Othone (69), Vitellio (69), Vespasiano (69-79) et Tito (79-81). Hic illic tamen, instigante populo, a Magistratibus et Procuratoribus male sunt habiti. Tandem vero surrexit Domitianus (81-96), qui, politicis causis inductus, Judaeorum timebat seditionem, et sic ipsos Christianos adortus est, qui regem suum semper in ore habebant. Horum alios in exsilium ire jussit, alios morte mulctavit. A°. autem 96 ejus furor cessavit, quo tempore Nerva exsulibus Christianis reditum Romam concessit (96-98). — Haec fere fuit primo saeculo secura Christianorum conditio, qui secta Judaica habebantur.

Secunda publicae conditionis *periodus* ab Hadriano ad finem aevi Antoninorum procedit. — Post Trajanum non amplius secta Judaica, sed peculiaris religio, habebatur, e Judaeis orta. Inde hac aetate pugna exstitit inter Polytheismum et Monotheismum Christianum; adeo ut jam sensim in duas partes dividi coeperit orbis. — Politica enim animadvertit Christianos novam condere Religionem, Imperio oppositam. Odium vero Ethnicorum in eos excitabant Judaei. Displicuit etiam Ethnicis, Christianos Ethnicorum cultum risui exponere eumque Daemonibus tribuere, et politicam adeo Imperii rationem ab iis enervari. Populus vero ipse eos deferebat ad Magistratus, qui, plebi cedentes, poenas iis infligebant et

hic illic ad Imperatores eorum causam deferebant. His sane persecutionibus odium Christianorum adversus Ethnicismum excitabatur. Ipsi vero, suam causam Deo committentes, satius duxerunt eam Apologiis tueri.

Miti universe in eos animo egerunt Trajanus, Hadrianus et Antonini; sed dubia tamen usi sunt Christiani fortuna, instigante maxime populo. Invaluit potissimum Smyrnae et Hierosolymis persecutio (116), in qua Symeon et Ignatius perierunt martyres. Verum sub Hadriano et Trajano prima data sunt adversus eos edicta Principum, quae in universam causam Christianorum valebant, minime vero ad delendos universe Christianos. Et sic quidem primum publica auctoritate poenae iis infligebantur. Hinc primi Apologetae, Quadratus et Aristides. — Hac nota discernitur Hadriani et Trajani aevum. Simul vero memoratur Trajani rescriptum ad Plinii Epistolam, quo statuit, in eos inquirendum non esse; sed eos, rite accusatos, esse puniendos; qua Imperatoris venia saepe abusi sunt Magistratus. — Trajani vestigiis institit Hadrianus (117-138), qui in Epistola, ad Minucium Fundanum data, scripsit, illatam in Christianos poenam arctioribus circumscribendam esse limitibus, adeo ut, illo regnante, incerta admodum fuisse videatur Christianorum conditio, et universe *Antoninorum aevo* frustra ab Imperatoribus, piis illis ac philosophis, causae suae patrocinium exspectarent. Tolerabantur sane plerumque, neque tamen patrocinio, neque libertate cultus, fruebantur. — Universam Religionem Christianam delere nequaquam sibi proposuerunt: verum, uti Antoninus Pius, ita maxime Antoninus Philosophus, ipse Pontifex Max., patriam religionem tuebatur, licet liberaliori esset in Christianos animo.

Antonino Pio tribuerunt nonnulli edictum, quo statuebatur, falsos Christianorum accusatores esse puniendos, quod tamen Marco Antonino Philosopho videtur tribuendum. Hic primum liberalior in eos videbatur; deinde philosophorum calumniis nimis fidem habuit. Ἀπάθεια stoïca ductus, eorum poenas probavit. Hinc persecutio Smyrnensis (169), Lugdunensis et Viennensis (177). Ejusdem aetate fabula ferebatur de Legione fulminatrice. — Neque abrogata erant Imperatorum edicta, quo factum, ut Magistratibus liceret, ea uti in Christianos vi, quae ipsis placeret; inprimis cum philosophia et literae Religionem Christianam hac aetate oppugnare inceperint.

Veruntamen hac ipsa aetate suae causae praesidia habebant Christiani enthusiasmum suum et martyrium, mutuum inter se amorem, subsidium disciplinarum Christianarum, maxime doctrinae, a Patribus Alexandrinis et Carthaginiensibus excultae, ipsamque Religionis Christianae in mediis persecutionibus vim. Accessit infausta Romani Imperii conditio, post Antoninos continuis rerum conversionibus vexati.

Fracta enim auctoritate politica, intus despotismus dominabatur militaris; extrinsecus gentes barbarae Romanum Imperium invadere tentabant. Hinc magnam partem explicandum *tertia* hujus aetatis *parte* ab *Antoninis ad* Decium (180-250) plerumque emendatam fuisse publicam Christianorum conditionem. Quippe tolerabantur universe Christiani et favore Principum utebantur, licet nonnunquam hic illic persecutiones instituerentur. — Mortuo enim Marco Aurelio, Commodus (180-193), inductus concubina sua Marcia, Christianis favit, item Pertinax et Didius Julianus. Hisce vestigiis primum institit Septimius Severus (193-211),

cujus tempore Magistratus et Procuratores, e vi legum, nondum abrogatarum, maxime in Aegypto*, Christianos persecuti sunt. Postea tamen, a°. 202, ipse mentem mutavit et legem tulit, qua vetuit, ne ad sacra Christiana, vel Judaica, transirent Ethnici; qua lege usi sunt Magistratus ad dirissimas instituendas, in Asia et Aegypto maxime, persecutiones.

At divina Providentia Severi vitae finem imponente, imperantibus Caracalla, (211-217) Macrino (217-218) Heliogabalo (218-222), solis cultum Persicum inducente, quocum ceteros omnes cultus commiscere studuit, et maxime Alexandro Severo, homine pio, Eclecticismi Religionum fautore, (222-235), publica quiete Christiani gavisi sunt. Hic etiam Christi effigiem, inter aliorum sapientum imagines, in Larario suo habuit ejusque mater Mammea Christianis ipsique Origini favit. — Contra vero Maximinus Thrax (235-238), politicis rationibus inductus, Christianorum doctores, maxime qui Severo fuerant familiares, necari jussit: quo quidem Imperatoris mandato abusi sunt Magistratus et plebs, multosque vexarunt Christianos. Postea faverunt iis Gordianus (228-244) et Philippus Arabs (244-249), quem tamen Christianum fuisse, vix credimus.

In dies igitur majores vires accepit Christiana Religio. Secta illa, quae tolerabatur antea, Principum ·am utebatur gratia, adeo ut cultus venia iis fuerit plerumque concessa, excepto Severi edicto. Plurimos autem persecuti sunt Magistratus, plebs, Sacerdotes, legibus nondum abrogatis abutentes. Per tot discrimina rerum stabiliebatur Christianorum causa.

At vero instabat etiam nunc persecutio Deciana. Decius (249-251), quem mitis indolis hominem dixerunt Romani, exsecrabile vero animal Christiani scri-

ptores, horum Religionem per vastum suum imperium delendi consilium habuisse videtur. Injunxit enim Magistratibus, nisi ipsi perire vellent, exstirparent quaquaversus Christianos; sin minus eos cruciatibus et poenis ad Polytheismum reducerent. Hinc dirissima exstitit persecutio, qua crudelior hucusque nulla fuerat. Eodem tempore *Lapsi*, *Thurificati* et *Libellatici* exstiterunt, simul vero Martyrum constantia egregie patuit. Hunc Decii furorem imitati sunt Gallus (252-253) et Valerianus, (253-260) qui, licet primum pacem Christianis conciliaret (254), deinde, instigante Macriano, Edicta dedit, quibus Episcopos in exsilium mitti jussit, et Christianorum conventus prohibuit, vel capitis supplicium, vel bonorum spoliationem, vel exsilium ipsis Christianis minitabatur, quo factum, ut, per triennium fere, cruciatibus et morte mulctati sint plurimi Christiani, inprimis Doctores.

Mitior deinde fuit in eos Gallienus (260-270), et quam postea Aurelianus (270-275) tentare voluit (275) persecutionem, mors intercepit. Quieta igitur conditione sub ipso Diocletiano Christiani usi sunt (275-303), cujus maxime caussa fuit turbata Imperii conditio, quae Imperatores in Imperio stabiliendo occupatos tenuit. Adaugebatur in dies eorum numerus; publicus tolerabatur eorum cultus; ad summos ipsi accedebant in Imperio et aula ordines. Dum sic stabiliebatur magis magisque eorum conditio, ecce! ultima eademque atrocissima, exorta est persecutio, Diocletianea vulgo dicta.

Tandem enim Galerio, Diocletiani genero et Caesari, bene cessit propositum, omni, qua valebat, vi Christianam Religionem oppugnandi. Ipso auctore, Diocletianus quatuor dedit Edicta, quibus, a. 303, Christianos civilibus privabat titulis, templa eorum diruenda et libros

sacros comburendos jussit; tum, combusto palatio Nicomediae, et seditionibus in Armenia et Syria ortis, Christiani, tamquam hujus rei auctores, ad Diocletianum delati sunt, quapropter Doctores et Episcopos in carceres conjici jussit: mox captivos illos cruciatibus ad immolandum Diis cogendos, tandem omnes omnino Christianos eo compellendos mandavit (304). Sic in pejus ruit Christianorum causa, et ingens eorum numerus mortis luit poenam, inprimis in orientali Imperii parte et Hispania.

Diocletiano vero imperium abdicante (305), Galerius Orientis Augustus creabatur, cui Caesar aderat Maximinus. Crudelissime illi Christianos persecuti sunt. Tandem vero ipse, morti proximus, Galerius, et morbo vehementi correptus (311), pacem cum Christianis iniit.

In Occidente Constantius Chlorus, Caesar, a°. 305 Augustus Britaniae, Hispaniae et Galliae, favebat Christianis una cum filio Constantino, Caesare Occidentis creato, ao. 306. Hic vero, subacto Maxentio, cum Licinio, Orientis Augusto, (312) per universum Romanum Imperium pacem Christianis concessit.

Per duo igitur fere saecula ardor Imperatorum, politicis potissimum de caussis, et propter Sacerdotum, Magistratuum plebisque saevitiam, Christianos vexavit. Quomagis enim interna vi stabiliebatur Ecclesia, eo magis homines eam exstirpare conabantur. At vero veneramur in hisce providam Dei curam, quae his ipsis malis stabiliverit Ecclesiam. 1)

---

1) De universo hoc argumento cff. praeter scripta MOSHEMII, TZSCHIRNERI, NEANDERI, l. l. loca *Eusebii*, *Cypriani*, *Tertulliani*, *al.* — KORTHOLT *Paganus obtrectator*, Kil. 1698. — Ej. *de persecutionibus Ecclesiae primaevae sub Imperatoribus Ethnicis*, Kil. 1689. — BEUGNOT, *Histoire de la destruction du Paganisme en Occident.* Ouvrage couronné par l'Academie des inscriptions et belles lettres. Paris 1832. — aliique plures.

ptores, horum Religionem per vastum suum imperium delendi consilium habuisse videtur. Injunxit enim Magistratibus, nisi ipsi perire vellent, exstirparent quaquaversus Christianos; sin minus eos cruciatibus et poenis ad Polytheismum reducerent. Hinc dirissima exstitit persecutio, qua crudelior hucusque nulla fuerat. Eodem tempore *Lapsi*, *Thurificati* et *Libellatici* exstiterunt, simul vero Martyrum constantia egregie patuit. Hunc Decii furorem imitati sunt Gallus (252-253) et Valerianus, (253-260) qui, licet primum pacem Christianis conciliaret (254), deinde, instigante Macriano, Edicta dedit, quibus Episcopos in exsilium mitti jussit, et Christianorum conventus prohibuit, vel capitis supplicium, vel bonorum spoliationem, vel exsilium ipsis Christianis minitabatur, quo factum, ut, per triennium fere, cruciatibus et morte mulctati sint plurimi Christiani, inprimis Doctores.

Mitior deinde fuit in eos Gallienus (260-270), et quam postea Aurelianus (270-275) tentare voluit (275) persecutionem, mors intercepit. Quieta igitur conditione sub ipso Diocletiano Christiani usi sunt (275-303), cujus maxime caussa fuit turbata Imperii conditio, quae Imperatores in Imperio stabiliendo occupatos tenuit. Adaugebatur in dies eorum numerus; publicus tolerabatur eorum cultus; ad summos ipsi accedebant in Imperio et aula ordines. Dum sic stabiliebatur magis magisque eorum conditio, ecce! ultima eademque atrocissima, exorta est persecutio, Diocletianea vulgo dicta.

Tandem enim Galerio, Diocletiani genero et Caesari, bene cessit propositum, omni, qua valebat, vi Christianam Religionem oppugnandi. Ipso auctore, Diocletianus quatuor dedit Edicta, quibus, a. 303, Christianos civilibus privabat titulis, templa eorum diruenda et libros

sacros comburendos jussit; tum, combusto palatio Nicomediae, et seditionibus in Armenia et Syria ortis, Christiani, tamquam hujus rei auctores, ad Diocletianum delati sunt, quapropter Doctores et Episcopos in carceres conjici jussit: mox captivos illos cruciatibus ad immolandum Diis cogendos, tandem omnes omnino Christianos eo compellendos mandavit (304). Sic in pejus ruit Christianorum causa, et ingens eorum numerus mortis luit poenam, inprimis in orientali Imperii parte et Hispania.

Diocletiano vero imperium abdicante (305), Galerius Orientis Augustus creabatur, cui Caesar aderat Maximinus. Crudelissime illi Christianos persecuti sunt. Tandem vero ipse, morti proximus, Galerius, et morbo vehementi correptus (311), pacem cum Christianis iniit.

In Occidente Constantius Chlorus, Caesar, ao. 305 Augustus Britaniae, Hispaniae et Galliae, favebat Christianis una cum filio Constantino, Caesare Occidentis creato, ao. 306. Hic vero, subacto Maxentio, cum Licinio, Orientis Augusto, (312) per universum Romanum Imperium pacem Christianis concessit.

Per duo igitur fere saecula ardor Imperatorum, politicis potissimum de caussis, et propter Sacerdotum, Magistratuum plebisque saevitiam, Christianos vexavit. Quomagis enim interna vi stabiliebatur Ecclesia, eo magis homines eam exstirpare conabantur. At vero veneramur in hisce providam Dei curam, quae his ipsis malis stabiliverit Ecclesiam. [1]

---

1) De universo hoc argumento cff. praeter scripta MOSHEMII, TZSCHIRNERI, NEANDERI, l. l. loca *Eusebii*, *Cypriani*, *Tertulliani*, *al.* — KORTHOLT *Paganus obtrectator*, Kil. 1698. — Ej. *de persecutionibus Ecclesiae primaevae sub Imperatoribus Ethnicis*, Kil. 1689. — BRUGNOT, *Histoire de la destruction du Paganisme en Occident.* Ouvrage couronné par l'Academie des inscriptions et belles lettres. Paris 1832. — aliique plures.

§ 10.

Progressus Religionis Christianae. — Martyres.

Agebatur igitur pugna inter Polytheismum Graecorum ac Romanorum et Monotheismum Christianum. Hic vero divino consilio eo processit, ut sensim antiquas Religiones everteret. Hacce saltem aetate jam eo pervenit Religio Christiana, ut abrogatae Religionis Mosaicae, ejusque publica destitutae auctoritate, locum occupaverit. Ethnicismi vero ruinam instantem jam praesagiebant *Pseudo-Sibyllinis Oraculis* Christiani.

Quae autem in rerum natura esse solet procellarum, tonitruum, aliorumque naturae phaenomenorum vis et utilitas, eadem inter Christianos fuit persecutionum. Gravissimae illae saepe fuerunt et atrocissimae, simul vero iis saepe firmior evasit Religionis Christianae conditio. Earum enim opportunitate, dispersi ubivis Christiani cum variis gentibus novam doctrinam communicarunt; et vero simul enthusiasmus oriebatur et ardor, quo imbuebant alios, adeo ut *sanguis martyrum Ecclesiae semen* fuerit.

Religio enim Christiana, spe vitae futurae, terrestrem istam spernere docuit. Hinc ille enthusiasmus oriebatur, quo principio alebatur fere vita Christiana. Magnopere sane praedicanda est Christianorum constantia in mediis persecutionibus. Hisce vero opponuntur *Lapsi*, quibus *Thurificati*, *Sacrificati*, *Libellatici* accensentur. Ita tamen martyrum celebratur constantia, ut *aetas* haecce jure dicatur *heroica*, qua heroica religionis virtute excelluerunt Christiani. Uti enim Christi ipsius constantiam atque intrepidam fortitudinem venerabantur ejus secta-

tores, ita a primis inde temporibus Martyres exstiterunt: potissimum in Deciana persecutione. Inprimis vero heroica Martyrum aetas censetur Diocletiani tempore. Hinc *Aera Martyrum*, a Coptis et Abyssiniis etiamnunc celebrata. Discernebantur in iis *Confessores* et *Professores*.

Honores, Martyribus delatos, aluit superstitio et miri studium; unde Mythologia fere exstitit Christiana, Religionis Christianae indoli contraria, et cultus Martyrum. Hinc item exstititerunt *Acta Martyrum* et *Martyrologia*, pia mente a proavis exculta.

Sic, e parvulis orta initiis, Religio Christiana in Apostolis, discipulis, coetibus primum constitit. Sensim vero plures occupavit urbes, regiones, societatis ordines, in plebe et doctioribus, in ipsa aula Imperatoris plures habuit asseclas. Hisce igitur magis magisque publica esse coepit Religio. Processit autem in mediis persecutionibus. Nihil fere valuerunt plebis, Philosophorum, Oratorum ad eam exstirpandam vis et injuria. Irritos enim fecit Dei Jesuque, Ecclesiae Regis, provida cura hominum conatus, ut victrix ex illo certamine prodierit Religio Christiana. Praeparabantur sic omnia, quibus publicam nancisceretur auctoritatem.

---

1) Cf. *Acta S. S.* — cura BOLLANDI, al. — RUINART, *Acta Martyrum*. — DODDWELLUS, *de paucitate Martyrum* et *Dissert. Cyprianicae*, ad Editionem CYPRIANI Doddwellianam. — LACTANTIUS, *de mortibus persecutorum* — HUGENHOLTZ, l. l. — *Martyrologia*. — *Christel. Martelaarsboeken*. — TZSCHIRNER l. l. S. 350. ff.

Sectio Secunda.

HISTORIA DOCTRINAE CHRISTIANAE.

Divina Religionis doctrina ab hominibus accepta et exposita.

§ 11.

Doctrinae Religionis conditio ante Christum.

Uti in homine naturâ inest Religionis sensus, quem ei indidit Deus, ita primis humani generis parentibus eorumque posteris sui patefecit notitiam et doctrinam vitae terrestris regundae. Ab eo vero inde tempore, quo patefacta divinitus doctrina destituebantur homines gentesque, religionis sensum ita explicuerunt, ut naturalem, q. d., conderent Religionem, varia prorsus forma pro diversa variarum gentium indole et cultu. Hinc prodiit cum Feticismus, tum Polytheismus, qui nonnunquam ad Monotheismum accedere videbatur.

Uti vero Indi, Aegyptii, Chaldaei, Persae, ita maxime Graeci et Romani, Polytheismum suum explicuerunt. In his vero (Gr. et Rom.) superstitiosa populi ratio, quam alebat Poëtarum Mythologia, a Philosophorum placitis et figmentis et politica Religione erat diversa.

Hinc exorta est Religionis doctrina, depravata admodum idololatria et superstitione, quae, antiquata hisce temporibus, effecit, ut alia desiderarent et perfectioris Religionis capaces essent gentes.

In Israëlitarum vero gente suam servaverat Religionis doctrinam Deus et Theocratiam condiderat; quae quidem, per Mosen et Prophetas communicata, Religio, ab exsilio inde Babylonico, vehementer fuit corrupta cum supertione, tum Pharisaeorum, Sadducaeorum et Essaeorum sectis atque placitis, qui singuli suum exspectabant promissum Messiam.

Inter hosce prodiit Jesus Christus. 1)

§ 12.

Christi, *Religionis auctoris*, *doctrina*.

Jesus Christus, reformando Mosaicam Religionem, novam eamque unam et veram condidit Religionem. Eatenus divinae Religionis *auctor* dicendus est. Doctrina sua, eaque positiva, id maxime *spectavit*, ut, loco Theocratiae Israëliticae, unum in universo orbe terrarum conderet Regnum Dei morale (s. coeleste), quod uno amoris vinculo totum genus humanum conjungeret. Religio haecce spectabat vitam hominis internam, non adeo doctrinam quandam. Propterea practica docuit dogmata, quae moralem hominis emendationem docerent, et ope *placitorum theoreticorum*, s. contemplativorum,

1) De hocce argumento consulant commilitones prae caeteris NEANDER, *Kirchengesch.* Vol. I. p. 1 seqq. — TZSCHIRNER, *Fall des Heidenthums*, I. p. 13 seqq. — HOFSTEDE DE GROOT *Institut. Hist. Eccl.* I. Periodo praeparatoria. p. 8 — 16 et auctores, ab iis laudatos

viam salutis indicavit generi humano. Quam vero hominibus proposuit perfectionem, ad Divinae imaginis rationem exactam, eam suo Ipse sanctissimo et perfectissimo exemplo illustravit.

Doctrina sua spiritualem Dei cultum in genere humano restituere studuit, quo ad *μετάνοιαν* et emendationem moralem ducerentur homines. Eo enim valuerunt omnia dogmata, quae de Deo, de homine, de Christo, salutis humanae auctore, de via salutis et futura felicitate ac vita, agunt.

Doctrinam hanc docuit, non ex humanis tantum fontibus, neque e Pharisaeorum, Sadducaeorum, Essaeorum, vel Alexandrinorum institutione, repetitam, sed originis plane divinae, neque huic illive tantum genti, sed omni generi humano, aptam. In ea vero exponenda sese revera accommodavit Christus hominum, quibuscum versabatur, conditioni, non vero eorum erroribus et praejudicatis opinionibus.

§ 13.

Scriptores et Doctores post Christum. — Scripta N. T. Apocrypha et Canonica

Divinam hanc doctrinam discipulis et Apostolis mandavit, qui non tantum Evangelium annunciando, verum etiam scriptis, eam ulterius propagarunt. Scriptorum, qui, s. vere, s. false, aetatis Apostolicae notam secum ferre dicuntur, sunt tres fere classes.

Prima complectitur *Libros N. T. Canonicos.* Christus nihil scripti reliquit. Falso enim ei tribuuntur Epistola ad Abgarum et alia. Vitam vero ejus et doctrinam consignarunt Evangelistae et Apostoli, quorum

scripta continentur Canone N. T., de cujus authentia et ratione disputarunt Critici. [1])

Secunda classis constituit *Libros* N. T. *Apocryphos.* Sunt illi partim argumenti *historici*, uti cum *historia Josephi*, *fabri lignarii*, *Historia nativitatis Mariae* et *Acta Pilati*, (*Evangelium Nicodemi* et *Pilati Anaphora et Epistolae*), tum *Pseudo-Evangelia*, uti *Evangelia Ebionitarum*, (*Hebraeorum*) *Nazaraeorum*, *Gnosticorum*, *Basilidis*, *Apellis*, *Judae*, maxime *Marcionis*, praeter alia *Anecdota* e vita Jesu, uti de muliere *Paneatide*, de aegrotis, a Jesu curatis, de ultimis Jesu fatis, ejusque *Prosopographia* in Epistola Lentuli. Partim vero complectuntur *Epistolas* et *libros Apocalypticos.* In his censentur: *Pauli ad Laodicenses Epistola*; *Pauli et Senecae literae* mutuae; *Petri* περίοδοι, *Apocalypsis* et *Anabaticon*; *altera Johannis Apocalypsis*, alia: qui cuncti libri, licet fortasse nonnulla vera iis insint, tamen spurii sunt habendi. Hisce accensendum *Symbolum Apostolorum*, quod saec. 4 demum exstitit. [2])

Ad *tertiam classem* referuntur *Patrum Apostolicorum* scripta, quorum nomine feruntur Clementis *Ro-*

---

1) De his agere solent *Interpretes* Codicis S. et maxime auctores *Isagoges in libros N. Foederis*, de quibus cons. Cl. J. CLARISSE, *Encyclop. Theol.* § 59. p. 245 sqq. (ed. 2.)

2) Cff. prae ceteris FABRICIUS, *Codex Apocryph. N. T.* Hamb. 1703, 1729. — A. BIRCH, *Auctarium Cod. Apocr. Fabriciani.* Hann. 1804. — GRABE, *Spec. Patrum.* Tom. I. Oxon. 1700. — et instar omnium. THILO, *Codex Apocryphus N. T.* Lips. 1832 V. I. (cujus desiderantur hucusque cetera volumina). — Praeterea consulantur: ITTIGIUS, *de Pseudopigr. Ct.* add. lib. *de Haeresiarchis*, — et KLEUKER, *über die Apocryphen des N. T.* — Peculiares exstant plurimorum scriptorum editiones, de quibus cs. GIESELER l. l. I., 81, 91. HASE l. l. p. 102. — alii.

viam salutis indicavit generi humano. Quam vero hominibus proposuit perfectionem, ad Divinae imaginis rationem exactam, eam suo Ipse sanctissimo et perfectissimo exemplo illustravit.

Doctrina sua spiritualem Dei cultum in genere humano restituere studuit, quo ad *μετάνοιαν* et emendationem moralem ducerentur homines. Eo enim valuerunt omnia dogmata, quae de Deo, de homine, de Christo, salutis humanae auctore, de via salutis et futura felicitate ac vita, agunt.

Doctrinam hanc docuit, non ex humanis tantum fontibus, neque e Pharisaeorum, Sadducaeorum, Essaeorum, vel Alexandrinorum institutione, repetitam, sed originis plane divinae, neque huic illive tantum genti, sed omni generi humano, aptam. In ea vero exponenda sese revera accommodavit Christus hominum, quibuscum versabatur, conditioni, non vero eorum erroribus et praejudicatis opinionibus.

§ 13.

Scriptores et Doctores post Christum. — Scripta N. T. Apocrypha et Canonica

Divinam hanc doctrinam discipulis et Apostolis mandavit, qui non tantum Evangelium annunciando, verum etiam scriptis, eam ulterius propagarunt. Scriptorum, qui, s. vere, s. false, aetatis Apostolicae notam secum ferre dicuntur, sunt tres fere classes.

Prima complectitur *Libros N. T. Canonicos*. Christus nihil scripti reliquit. Falso enim ei tribuuntur Epistola ad Abgarum et alia. Vitam vero ejus et doctrinam consignarunt Evangelistae et Apostoli, quorum

scripta continentur Canone N. T., de cujus authentia et ratione disputarunt Critici. 1)

Secunda classis constituit *Libros* N. T. *Apocryphos*. Sunt illi partim argumenti *historici*, uti cum *historia Josephi, fabri lignarii*, *Historia nativitatis Mariae* et *Acta Pilati*, (*Evangelium Nicodemi* et *Pilati Anaphora et Epistolae*), tum *Pseudo-Evangelia*, uti *Evangelia Ebionitarum*, (*Hebraeorum*) *Nazaraeorum*, *Gnosticorum*, *Basilidis*, *Apellis*, *Judae*, maxime *Marcionis*, praeter alia *Anecdota* e vita Jesu, uti de muliere *Paneatide*, de aegrotis, a Jesu curatis, de ultimis Jesu fatis, ejusque *Prosopographia* in Epistola Lentuli. Partim vero complectuntur *Epistolas* et *libros Apocalypticos*. In his censentur: *Pauli ad Laodicenses Epistola; Pauli et Senecae literae* mutuae; *Petri* περίοδοι, *Apocalypsis* et *Anabaticon; altera Johannis Apocalypsis*, alia: qui cuncti libri, licet fortasse nonnulla vera iis insint, tamen spurii sunt habendi. Hisce accensendum *Symbolum Apostolorum*, quod saec. 4 demum exstitit. 2)

Ad *tertiam classem* referuntur *Patrum Apostolicorum* scripta, quorum nomine feruntur Clementis *Ro-*

---

1) De his agere solent *Interpretes* Codicis S. et maxime auctores *Isagoges in libros N. Foederis*, de quibus cons. Cl. J. CLARISSE, *Encyclop. Theol.* § 59. p. 245 sqq. (ed. 2.)

2) Cff. prae ceteris FABRICIUS, *Codex Apocryph. N. T.* Hamb. 1703, 1729. — A. BIRCH, *Auctarium Cod. Apocr. Fabriciani.* Hann. 1804. — GRABE, *Spec. Patrum.* Tom. I. Oxon. 1700. — et instar omnium. THILO, *Codex Apocryphus N. T.* Lips. 1832 V. I. (cujus desiderantur hucusque cetera volumina). — Praeterea consulantur: ITTIGIUS, *de Pseudopigr. Ct.* add. lib. *de Haeresiarchis*, — et KLEUKER, *über die Apocryphen des N. T.* — Peculiares exstant plurimorum scriptorum editiones, de quibus cs. GIESELER l. l. I., 81, 91. HASE l. l. p. 102. — alii.

mani duae ad Corinthios Epistolae, *Constitutiones* et *Canones Apostolorum*, *Recognitiones Clementinae* et *Epistolae Syriacae:* Ignatii Antiocheni *Epistolae*, quarum duplex recensetur recensio; Polycarpi *Epistola ad Philippenses;* Barnabae *Epistola ad Hebraeos;* Hermae *Pastor;* quibus annumerantur *Pseudo*-Dionysii *Areopagitae* scripta. De authentia horum librorum in hunc usque diem in utramque partem disputatur. Videntur autem nonnulla authentica, alia interpolata, alia spuria, [1]) de quibus singulatim agendum.

§ 14.

Patres Ecclesiae Graeci et Latini.

Patrum nomine dicuntur Doctores primaevi inter Christianos ad saeculum usque sextum, seu doctores iidemque scriptores Christiani, qui in *antiqua* Ecclesia

---

1) Collectiones Patrum Apostolicorum exstant in: *Epistol. aliquot illustr.* — *Apostolicis Aug. Vind.* 1529. — ITTIGIUS, *Bibliotheca Patrum Apost.* Lips. 1609. — COTELERIUS, *Patrum, qui Apostol. temporibus floruerunt*, *Opp*, cur. *Clerici* Amst. 1724. 2 vol. fol. — RUSEL, *Patrum Apost. opera*, Lond. 1746. 2 vol. 8. — JACOBSON, Of. 1838. Vol. 2. Excerpta dedi in *Chrestomathia Patristica.* vol. I. Traj. 1831. — Excerptorum versiones dederunt RUCHAT, *Lettres et monuments de trois Pères Apost.* Leid. 1738. 2 tom. — ROSSLER, *Bibl. der Kirchenväter.* 10 Th. Leipz. 1776. (Belg. versa.) — SCHRANT, *Bloemlezing uit de Christ. oudheid.* Leid. 1836. I. 1. — Peculiares plures extant Editiones, de quibus cs. ENGELHARDT, *Liter. Leitfaden zu Vorlesungen über die Patristik.* Erlangen 1823. — GOLDWITZER, *Bibliographie der Kirchenväter und Kirchenlehrer, vom* 1—13. *Jahrh.* Landsh. 1828. ipsiusque uberius opus: *Patrologie*, *verbunden mit Patristik.* Nürnb. 1834. II. Th. — Cons. etiam Cl. DANZ, *Initia doctrinae Patristicae.* Jenae. 1839. — MÖHLER *Patrologie*, Regensb. 1840 — uti et FABRICIUS, *Bibliotheca*, Gr. VII. — DUPIN, *Bibl. Eccl.* T. I. alii.

Graeca et Latina vixerunt. Qui vero postea inter gentes *Neo-Europaeas* vixerunt, ab hisce rite discernendi, dicuntur *Scriptores Ecclesiastici.*

Pro varia, qua usi fuerunt lingua, dicuntur vel Graeci, vel Latini. Discernuntur vero, theologiae ratione habita et doctrinae, in Patres Alexandrinos, Asiaticos, (s. Antiochenos) et Latinos.

1o. *Patres Graeci Alexandrini* et doctrinae copia et philosophiae studio fuerunt insignes; plerumque dediti Neo-Platonismo, allegorizandi studio fere indulgebant.

In his recensentur saec. 2 Justinus Martyr, qui primus philosophiam adaptavit ad Rel. Chr., Apologeta, Athenagoras et Clemens Alexandrinus; saec. tertio Origenes, quique ex ejus schola prodierunt, Dionysius Alexandrinus, Gregorius Thaumaturgus, Hierax, Theognostus, Anatolicus.

2o. *Patres Ecclesiae Asiatici* et *Antiocheni* minus philosophiae, quam interpretandi s. C. studio sese commendarunt; grammaticam, non adeo allegoricam, interpretandi rationem sectantes: in his Irenaeus, Papias, Theophilus Antiochenus, Hippolytus, Tatianus.

3o. *Patres Latini* erant vel *Europaei*, vel *Afro-Carthaginienses.* Ad eos referuntur Tertullianus, Lactantius, Cyprianus, Minucius Felix, Cornelius, Pontius, Stephanus, Victorinus. 1)

Hi quidem, et exposuerunt doctrinam Christianam, et eam tuiti sunt adversus adversarios ac Haereticos eamque accommodarunt ad vitam hominum communem et disciplinae rationem.

---

1) De variis Editt. Patrum cs. ENGELHARDT l. l. passim et subsidia literaria, ab ipso, libelli initio, laudata. maxime GIESELER l. l.

mani duae ad Corinthios Epistolae, *Constitutiones* et *Canones Apostolorum*, *Recognitiones Clementinae* et *Epistolae Syriacae:* Ignatii Antiocheni *Epistolae*, quarum duplex recensetur recensio; Polycarpi *Epistola ad Philippenses;* Barnabae *Epistola ad Hebraeos;* Hermae *Pastor;* quibus annumerantur *Pseudo*-Dionysii *Areopagitae* scripta. De authentia horum librorum in hunc usque diem in utramque partem disputatur. Videntur autem nonnulla authentica, alia interpolata, alia spuria, [1]) de quibus singulatim agendum.

§ 14.

Patres Ecclesiae Graeci et Latini.

Patrum nomine dicuntur Doctores primaevi inter Christianos ad saeculum usque sextum, seu doctores iidemque scriptores Christiani, qui in *antiqua* Ecclesia

---

1) Collectiones Patrum Apostolicorum exstant in: *Epistol. aliquot illustr. — Apostolicis Aug. Vind.* 1529. — ITTIGIUS, *Bibliotheca Patrum Apost.* Lips. 1609. — COTELERIUS, *Patrum, qui Apostol. temporibus floruerunt, Opp*, cur. *Clerici* Amst. 1724. 2 vol. fol. — RUSSEL, *Patrum Apost. opera*, Lond. 1746. 2 vol. 8. — JACOBSON, Of. 1838. Vol. 2. Excerpta dedi in *Chrestomathia Patristica.* vol. I. Traj. 1831. — Excerptorum versiones dederunt RUCHAT, *Lettres et monuments de trois Pères Apost.* Leid. 1738. 2 tom. — ROSSLER, *Bibl. der Kirchenväter.* 10 Th. Leipz. 1776. (Belg. versa.) — SCHRANT, *Bloemlezing uit de Christ. oudheid.* Leid. 1836. I. 1. — Peculiares plures extant Editiones, de quibus cs. ENGELHARDT, *Liter. Leitfaden zu Vorlesungen über die Patristik.* Erlangen 1823. — GOLDWITZER, *Bibliographie der Kirchenväter und Kirchenlehrer, vom* 1—13. *Jahrh.* Landsh. 1828. ipsiusque uberius opus: *Patrologie, verbunden mit Patristik.* Nürnb. 1834. II. Th. — Cons. etiam Cl. DANZ, *Initia doctrinae Patristicae.* Jenae. 1839. — MÖHLER *Patrologie*, Regensb. 1840 — uti et FABRICIUS, *Bibliotheca*, Gr. VII. — DUPIN, *Bibl. Eccl.* T. I. alii.

Graeca et Latina vixerunt. Qui vero postea inter gentes *Neo-Europaeas* vixerunt, ab hisce rite discernendi, dicuntur *Scriptores Ecclesiastici*.

Pro varia, qua usi fuerunt lingua, dicuntur vel Graeci, vel Latini. Discernuntur vero, theologiae ratione habita et doctrinae, in Patres Alexandrinos, Asiaticos, (s. Antiochenos) et Latinos.

1°. *Patres Graeci Alexandrini* et doctrinae copia et philosophiae studio fuerunt insignes; plerumque dediti Neo-Platonismo, allegorizandi studio fere indulgebant.

In his recensentur saec. 2 Justinus Martyr, qui primus philosophiam adaptavit ad Rel. Chr., Apologeta, Athenagoras et Clemens Alexandrinus; saec. tertio Origenes, quique ex ejus schola prodierunt, Dionysius Alexandrinus, Gregorius Thaumaturgus, Hierax, Theognostus, Anatolicus.

2°. *Patres Ecclesiae Asiatici* et *Antiocheni* minus philosophiae, quam interpretandi s. C. studio sese commendarunt; grammaticam, non adeo allegoricam, interpretandi rationem sectantes: in his Irenaeus, Papias, Theophilus Antiochenus, Hippolytus, Tatianus.

3°. *Patres Latini* erant vel *Europaei*, vel *Afro-Carthaginienses.* Ad eos referuntur Tertullianus, Lactantius, Cyprianus, Minucius Felix, Cornelius, Pontius, Stephanus, Victorinus. 1)

Hi quidem, et exposuerunt doctrinam Christianam, et eam tuiti sunt adversus adversarios ac Haereticos eamque accommodarunt ad vitam hominum communem et disciplinae rationem.

---

1) De variis Editt. Patrum cs. ENGELHARDT l. l. passim et subsidia literaria, ab ipso, libelli initio, laudata. maxime GIESELER l. l.

§ 15.

Fides Christiana primo saeculo.

Summa simplicitate sese commendabat aevi Apostolici fides, quae sacro Codice nitebatur universe. Patres Apostolici magis pietate, quam doctrinae copia, sese commendabant. Versabantur maxime in informandis moribus Christianis. Mox vero patuit in coetibus sententiarum discrimen, inter Christianos e Judaeis et Gentibus oriundos. Dogmata prae ceteris colebantur de Jesu Messia, de resurrectione mortuorum, aliis; de ceteris non certo liquet. E ratione vero Societatis Christianae et variarum gentium, inter quas disseminabatur Religio Christiana, variae sententiae dogmaticae et ecclesiasticae non excoli non potuerunt; unde diversae exstiterunt formae doctrinae Christianae, a doctrina Apostolica recedentes. Eo autem maxime, hac aetate, valuit fides Christiana, ut vis moralis Religionis Christianae quaquaversus pateret.

§ 16.

Doctrina Christiana secundo et tertio saeculo.

Hisce saeculis ulterius explicabatur doctrina Christiana eamque ad vitam hominum accommodarunt. Sic quidem in theoreticis, aeque ac practicis, versati sunt dogmatibus.

Universe *Catholica Ecclesiae doctrina* adhaesit Apostolorum placitis: verum in iis explicandis haud raro mediam viam tenuit illa inter varias, quae sensim exstiterunt, Haereticorum sententias et polemice versabatur. Sic enim factum, ut nonnulla prae ceteris excoluerint do-

gmata et controversias moverent dogmaticas, uti de vinculo inter Mosaicam Religionem et Christianam, de *Λόγῳ* et *Θεανθρώπῳ* in Graeca Ecclesia, de Chiliasmo, de Angelis et Daemonologia in Oriente, de resurrectione corporis, de baptismo et iterando haereticorum baptismo, de Sacra Coena, de Ecclesia, maxime in Latina Ecclesia, utque *Docetae σωματικὰ* in Christo *πνευματικῶς* acceperint, oppositi aliis, qui *πνευματικὰ σωματικῶς* explicarent.

Prouti vero gentium varietas per omnem historiam observatur in dogmatibus explicandis, ita hac potissimum aetate triplex fere fuit doctrinae facies. Theologi enim Alexandrini (s. Aegyptiaci), Asiatici (s. Antiocheni, Syriaci) et Latini (Afro-Romani) suas singuli scholas condiderunt, quae peculiarem referebant doctrinae rationem. Prae ceteris autem vim habuit schola Catechetica Alexandrina.

Catholica enim *doctrina Alexandrina* proprium suum habuit characterem. Regnabat illic Neo-Platonismus Christianus suamque profitebantur Theologi *γνῶσιν* veram, oppositam *τῇ γνώσει ψευδωνύμῳ*, cui fundamentum erat *πίστις*. Propterea susceperunt allegoricam interpretandi rationem. Philosophiam habebant Theologi Alexandrini *παιδαγωγὸν* ad Religionem Christianam. Uti vero Philosophorum instar quascunque facile tolerabant sententias, ita dogmata de libertate hominum morali, deque libera hominum natura, de Dei natura et *τῷ Λόγῳ* aliaque inprimis excoluerunt.

Doctrina Asiatica, *s. Antiochena*, majori simplicitate sese commendabat. Minus philosophabantur Patres Antiocheni. Grammaticam adhibebant interpretandi rationem. Apud eos dogmaticae definitiones et distinctiones prae ceteris invaluerunt.

§ 15.

Fides Christiana primo saeculo.

Summa simplicitate sese commendabat aevi Apostolici fides, quae sacro Codice nitebatur universe. Patres Apostolici magis pietate, quam doctrinae copia, sese commendabant. Versabantur maxime in informandis moribus Christianis. Mox vero patuit in coetibus sententiarum discrimen, inter Christianos e Judaeis et Gentibus oriundos. Dogmata prae ceteris colebantur de Jesu Messia, de resurrectione mortuorum, aliis; de ceteris non certo liquet. E ratione vero Societatis Christianae et variarum gentium, inter quas disseminabatur Religio Christiana, variae sententiae dogmaticae et ecclesiasticae non excoli non potuerunt; unde diversae exstiterunt formae doctrinae Christianae, a doctrina Apostolica recedentes. Eo autem maxime, hac aetate, valuit fides Christiana, ut vis moralis Religionis Christianae quaquaversus pateret.

§ 16.

Doctrina Christiana secundo et tertio saeculo.

Hisce saeculis ulterius explicabatur doctrina Christiana eamque ad vitam hominum accommodarunt. Sic quidem in theoreticis, aeque ac practicis, versati sunt dogmatibus.

Universe *Catholica Ecclesiae doctrina* adhaesit Apostolorum placitis: verum in iis explicandis haud raro mediam viam tenuit illa inter varias, quae sensim exstiterunt, Haereticorum sententias et polemice versabatur. Sic enim factum, ut nonnulla prae ceteris excoluerint do-

gmata et controversias moverent dogmaticas, uti de vinculo inter Mosaicam Religionem et Christianam, de *Λόγῳ* et *Θεανθρώπῳ* in Graeca Ecclesia, de Chiliasmo, de Angelis et Daemonologia in Oriente, de resurrectione corporis, de baptismo et iterando haereticorum baptismo, de Sacra Coena, de Ecclesia, maxime in Latina Ecclesia, utque *Docetae* *σωματικὰ* in Christo *πνευματικῶς* acceperint, oppositi aliis, qui *πνευματικὰ σωματικῶς* explicarent.

Prouti vero gentium varietas per omnem historiam observatur in dogmatibus explicandis, ita hac potissimum aetate triplex fere fuit doctrinae facies. Theologi enim Alexandrini (s. Aegyptiaci), Asiatici (s. Antiocheni, Syriaci) et Latini (Afro-Romani) suas singuli scholas condiderunt, quae peculiarem referebant doctrinae rationem. Prae ceteris autem vim habuit schola Catechetica Alexandrina.

Catholica enim *doctrina Alexandrina* proprium suum habuit characterem. Regnabat illic Neo-Platonismus Christianus suamque profitebantur Theologi *γνῶσιν* veram, oppositam *τῇ γνώσει ψευδωνύμῳ*, cui fundamentum erat *πίστις*. Propterea susceperunt allegoricam interpretandi rationem. Philosophiam habebant Theologi Alexandrini *παιδαγωγὸν* ad Religionem Christianam. Uti vero Philosophorum instar quascunque facile tolerabant sententias, ita dogmata de libertate hominum morali, deque libera hominum natura, de Dei natura et *τῷ Λόγῳ* aliaque inprimis excoluerunt.

Doctrina Asiatica, *s. Antiochena*, majori simplicitate sese commendabat. Minus philosophabantur Patres Antiocheni. Grammaticam adhibebant interpretandi rationem. Apud eos dogmaticae definitiones et distinctiones prae ceteris invaluerunt.

Latina vero Ecclesia non adeo philosopham, sed magis dogmatico-ecclesiasticam sectabatur rationem. Doctrinam Ecclesiasticam ornabant, Carthagine potissimum, phantasiae indulgentes, et anthropopathicas notiones adhibebant. Inprimis vero practicam doctrinam exposuerunt, deque homine disputarunt et Ecclesia; unde severior doctrina et disciplina, maxime erga Lapsos, exstitit. E dogmatismo vero Theologorum terminologia exorta est theologica.

§ 17.

Doctrinam Christianam oppugnarunt Scriptores Ethnici, maxime Philosophi.

Uti Religionem Christianam a primo inde saeculo ad quartum usque impugnarunt plebeji homines, Magistratus, Sacerdotes, Imperatores; (§ 9) ita a saeculo secundo mediato doctrinam Religionis oppugnarunt nonnulli, licet numero pauci, scriptores Ethnici. Namque ante aevum Antoninorum viri doctiores vix curabant plebis, quae videbatur, Religionem. Ab illo inde tempore non adeo principes in Literis scriptores, Pausanias, Apulejus, nec ipse Marcus Aurelius Philosophus, eam adverterunt; verum alii tamen scriptores eam oppugnare instituerunt. Sic impietas Luciani (c. 180), qui, vim Religionis moralis plane ignorans, omnem Religionem ludibrio habuit, eam risui exponere studuit et fanaticam dixit. (*Alexander*, — *de morte Peregrini.*) Porro Crescens, Philosophus Cynicus, non adeo scripta edidisse videtur adversus Religionem Christianam, sed plurima disputasse cum Justino (c. 150.), Fronto, Rhetor Antonini Pii, causam egisse videtur persecuto-

rum Lugduni et Viennae, et Minucii Felicis Octavio nobis innotuit.

Inprimis vero Neo-Platonici, qui obsoletum Polytheismum Neo-Platonismo restituere conabantur, Religionem Christianam adorti sunt, quae ejus locum occupare videbatur. Namque non tantum Celsus, Epicuraeus πλάτονίζων, primum ex professo eam adortus est, ab Origene refutatus; uti et Plotinus, scholae Alex. Neo-Platonicae antesignanus (270): sed maxime Porphyrius (λογούς κατὰ Χριστιανούς) omnium primus doctum conscripsit opus ad refellendam Rel. Chr., quod 15 libris constitit, sed nobis periit, inque *Vita* Pythagorae fortasse tecte Rel. Chr. oppugnavit, uti Philostratus quoque in conscribenda Apollonii Thyanensis *vita:* apertius vero Hierocles, Bithyniae praefectus (s. 4.) (λόγοι φιλαλήθεις πρὸς Χριστιανούς.)

Ex hoc autem certamine victrix exiit Religio Christiana, cujus caussam adversus hosce scriptores Philosophos vindicarunt Apologetae. [1])

§ 18.

Doctrinam et Theologiam excolendi opportunitatem dederunt Haeretici.

Haeresiologia.

Quam toti generi humano dederat divinam Religionem Christus, eam homines humano more acceperunt, exposuerunt et in πρᾶξιν converterunt. Singulae enim gentes Religionem ejusque doctrinam ad peculiarem su-

1) De hisce consulantur NEANDER l. l. I. 248 sqq. — GIESELER l. l. I. 208. et maxime TZSCHIRNER l. l. 313 sqq.

Latina vero Ecclesia non adeo philosopham, sed magis dogmatico-ecclesiasticam sectabatur rationem. Doctrinam Ecclesiasticam ornabant, Carthagine potissimum, phantasiae indulgentes, et anthropopathicas notiones adhibebant. Inprimis vero practicam doctrinam exposuerunt, deque homine disputarunt et Ecclesia; unde severior doctrina et disciplina, maxime erga Lapsos, exstitit. E dogmatismo vero Theologorum terminologia exorta est theologica.

§ 17.

Doctrinam Christianam oppugnarunt Scriptores Ethnici, maxime Philosophi.

Uti Religionem Christianam a primo inde saeculo ad quartum usque impugnarunt plebeji homines, Magistratus, Sacerdotes, Imperatores; (§ 9) ita a saeculo secundo mediato doctrinam Religionis oppugnarunt nonnulli, licet numero pauci, scriptores Ethnici. Namque ante aevum Antoninorum viri doctiores vix curabant plebis, quae videbatur, Religionem. Ab illo inde tempore non adeo principes in Literis scriptores, Pausanias, Apulejus, nec ipse Marcus Aurelius Philosophus, eam adverterunt; verum alii tamen scriptores eam oppugnare instituerunt. Sic impietas Luciani (c. 180), qui, vim Religionis moralis plane ignorans, omnem Religionem ludibrio habuit, eam risui exponere studuit et fanaticam dixit. (*Alexander*, — *de morte Peregrini.*) Porro Crescens, Philosophus Cynicus, non adeo scripta edidisse videtur adversus Religionem Christianam, sed plurima disputasse cum Justino (c. 150.), Fronto, Rhetor Antonini Pii, causam egisse videtur persecuto-

rum Lugduni et Viennae, et Minucii Felicis Octavio nobis innotuit.

Inprimis vero Neo-Platonici, qui obsoletum Polytheismum Neo-Platonismo restituere conabantur, Religionem Christianam adorti sunt, quae ejus locum occupare videbatur. Namque non tantum Celsus, Epicuraeus πλάτονιζων, primum ex professo eam adortus est, ab Origene refutatus; uti et Plotinus, scholae Alex. Neo-Platonicae antesignanus (270): sed maxime Porphyrius (λογοὺς κατὰ Χριστιανοὺς) omnium primus doctum conscripsit opus ad refellendam Rel. Chr., quod 15 libris constitit, sed nobis periit, inque *Vita* Pythagorae fortasse tecte Rel. Chr. oppugnavit, uti Philostratus quoque in conscribenda Apollonii Thyanensis *vita:* apertius vero Hierocles, Bithyniae praefectus (s. 4.) (λόγοι φιλαλήθεις πρὸς Χριστιανούς.)

Ex hoc autem certamine victrix exiit Religio Christiana, cujus caussam adversus hosce scriptores Philosophos vindicarunt Apologetae. [1])

§ 18.

Doctrinam et Theologiam excolendi opportunitatem dederunt Haeretici.

Haeresiologia.

Quam toti generi humano dederat divinam Religionem Christus, eam homines humano more acceperunt, exposuerunt et in πρᾶξιν converterunt. Singulae enim gentes Religionem ejusque doctrinam ad peculiarem su-

1) De hisce consulantur NEANDER l. l. I. 248 sqq. — GIESELER l. l. I. 208. — et maxime TZSCHIRNER l. l. 313 sqq.

am sentiendi cogitandique rationem explicare et accommodare studuerunt, adeo, ut, quae universe instituerat Christus, ea peculiari eoque arctiori modo explicuerint in variis regionibus Theologi, ad suae gentis Theologiam et Religionem accommodatam. Sic Universalismo q. d. Christiano Particularismum (sit venia verbis) opposuerunt.

Et ita quidem factum, ut, licet communis quaedam exstiterit in Ecclesia fides, nonnulli tamen in alias abierint continue sententias, sive dogmaticas, sive ecclesiasticas, sive practicas. Hinc *haereses* et *Haeretici*. Neque tamen primum hacce aetate de uno adeo alterove dogmate disceptarunt; sed potius ipsius Religionis Christianae placita conjunxerunt cum Religione Mosaica, vel Ethnicismo. Ita Judaeo-Christiani et Gnostici exstiterunt. Postea demum de peculiaribus placitis sententias proposuerunt, a receptis in Ecclesia diversas, uti Ariani, Montanistae, alii: quae tamen cum prioribus illis arctissime fuerunt conjunctae. Talis fere fuit progressio in Haeresiologia Christiana hac aetate observanda.

Diversae vero hae sententiae Theologis Christianis opportunitatem dederunt doctrinam et Theologiam ulterius explicandi et excolendi.

§ 19.

Judaeo – Christianismus.

Christiana doctrina, a Judaeis, Judaeorum more, ab Ethnicis, Ethnicorum more, fuit recepta. In Palaestina potissimum et alibi, ubi Judaei vivebant, ad Christiana sacra transeuntes, Judaice illi explicabant doctrinam

Christi sublimiorem eamque cum arctiori Mosaismo conjungere studuerunt.

Communi *Judaeo-Christianismi* nomine complectimur familiam Judaizantium inter Christianos, sive varias illas sententias et sectas, quae placita Judaica ipsamque adeo Religionem Mosaicam, magis minusve, cum Religione Christiana conjunxerunt. — Vix historice rite constitui posse videtur Judaeo-Christianismus, cum propter variam Patrum de eo sententiam; tum ob nominum, quibus distinguebantur, apud Patres diversitatem, variamque eorum variis temporibus cogitandi rationem. Vel sic tamen tres distinguendae videntur Judaeo-Christianismi Periodi.

Prima quidem *Periodo initia* habentur *Judaeo-Christianismi.* Scilicet Judaei, ad sacra Christiana conversi, Religionem Christianam habebant Mosaismum perfectiorem. — Nondum percipiebant, Theocratiam Israëlitarum abiisse in regnum coeleste, omnibus gentibus conditum; quapropter illustriorem exspectabant Messiae in hasce terras adventum. Hinc lites egerunt cum Ethnico-Christianis. (Act. XV.) — Neque postea quoque evanuerunt illae sententiae. Superfuerunt enim in coetibus Christianis, praeter eos, qui receptae plerumque fidei adhaerebant, Pseudo-Paulini, Pseudo-Petrini et Judaizantes. (Cf. Ep. ad Gal.) Vestigia harum sententiarum inesse videntur locis Paulinis, I. Thess. IV: 13. V: 1—3. Phil. III: 2, 3. Epistt. ad Cor. Ephes. II: 8—22. Coll. II: 8—11. Epist. ad Rom. al. Verum cum Paulum maxime haberent adversarium aliosque Apostolos, factum est, ut sua sede rejiceretur Judaeo-Christianismus et sensim sensimque sublimior ratio dominaretur.

Secunda Periodo (70—108) Judaizantes peculiarem constituerunt sectam, diversam a ceteris Christianis, ad quorum fidem accesserant illorum plurimi. Periit ita Judaeo-Christianismus in ipsa Societate Christiana; sed superfuit ejus secta, quae dici consuevit nomine, quo antea omnes Christiani Palaestinenses nominabantur, *Nazaraeorum*, et, inopiae ratione habita, item *Ebionitarum*.

Tertia Periodo, ab a°. inde 108, mortuo Simone, Episcopo Hierosolymitano Judaeo-Christiano, a se invicem abiisse videntur Nazaraei et Ebionitae. Ut illi non adeo Haeretici habebantur, ita hi omnino, qui deinde cum Elsecaitis coaluisse videntur; licet nonnulli posteriori tempore communi Ebionitarum nomine omnes significaverint Judaeo-Christianos et duplicis fuisse generis Ebionitas statuerint.

Doctrina Judaeo-Christianismi sensim sese explicuit. Leges Mosaicas magis minusve imponebant Christianis, s. omnibus, s. e Judaeis tantum. Particularismum, q. d. opposuerunt Universalismo q. d. Paulino, et Chiliasmum, vel crassiorem, vel subtiliorem, praedicabant. Circumcisionis necessitatem et legis Mosaicae et rituum Judaicorum urgebant, ut et Sabbathi venerationem.

Sensim vero hasce sententias excoluerunt Nazaraei et Ebionitae: hi laxiores, illi severiores et illiberaliores, qui omnem Mosaismum conjungebant cum Christiana Societate; cum Nazaraei legem Mosaicam Judaeo-Christianis tantum impositam putarent. Ebionitae Jesum habebant hominem, filium Josephi et Mariae, sed eundem praestantissimum Dei legatum, qui rediret, ut regnum Messianum conderet. Hinc et Chiliasmum plenissi-

mum exspectabant et Judaeorum in patriam reditum. Theosophiam asceticam colebant. Veteri Foederi auctoritatem conciliabant summam; Paulo vero nullam. Utebantur suis Evangeliis; sive Matthaei Evangelio Hebraice, sive Evangelio Hebraeorum et *Evangeliis Nazaraeorum* et *Ebionitarum; Clementinis* porro Ebionitarum doctrina tradita videtur. [1])

§ 20.

Theosophia Graeco-Orientalis. — Gnosticismus

Uti Judaeo-Christiani Mosaicam Religionem, ita alii Christiani orientales philosophemata orientalia illius aevi cum Religione Christiana conjungere coeperunt. Sic exstitit *Gnosticismus*, qui non ex uno Parsismo, vel Budaismo, neque ex una Philosophia Neo-platonica Alexandrina, nec tantum e Cabbalistica Judaeorum doctrina, ducendus videtur; sed omnes illas complectitur sectas, quae Theosophiam Graeco-Orientalem, i. e. philosophemata de Deo et Religione subliminora, in Syria cum Parsismo, et Alexandriae cum Neo-Platonica et Judaica philosopha doctrina conjuncta, ad ipsam expli-

1) Cff. loca apud *Eusebium*, *Irenaeum*, *Justinum*, *Origenem*, maxime *Epiphanium*, *Hieronymum*, *Tertullianum*, al. laudata ab Historicis Eccl.; — et NEANDER, *Kirch.-Gesch.* I. 2. 599—627. — ENGELHARDT, *Kirch.-Gesch.* IV. p. 7. ff. — GIESELER, *Abhandl. über die Nazaräer u. Ebioniten*, in STÄUDLINS u. TZSCHIRNERS *Archiv. f. K.-G.* B. 4, S. 2. S. 325. ff. — LANGE, *die Juden-Christen, Ebioniten*. Leipz. 1828. — VAN BEYST, *de Judaeo-Christianismo*, Sec. I. Lugd. 1828. — SCHNECKENBURGER, Abh. in *Tübinger Zeitschrift*. 1830. I. S. 114. ff. qui sententiam NEANDRI de Theosophia Judaica Ebionitarum ulterius probatum ivit.

candam Religionem Christianam traduxerunt. Suscepit igitur Gnosticismus plures eorum, qui, Orientalium more, de Religione Christiana philosophabantur. Philosophi illi Christiani suam jactabant prae πίστει vulgari, i. e. fide, auctoritate nixa, scientiam sublimiorem, quam γνῶσιν dicebant, unde *Gnosticorum* nomen sortiti sunt. Esotericam hancce doctrinam opponebant exotericae, seque, πνευματικοὺς, hominibus ψυχικοῖς. Philosophema orientale de finitum inter et infinitum vinculo, deque origine mali in orbe morali, excolebant.

Tres recensendae videntur Periodi Gnosticismi, s. Christianismi Orientalis, oppositi Christianismo Palaestinensi Judaeo-Christianorum, quarum *prima* originem Gnosticismi; *secunda* ipsum Gnosticismum; *tertia* Manichaeismum complectitur. Referunt singulae illae diversas formas Christianae Religionis, ad placita orientalia compositae.

Prima Periodus. ad a. Ch. 100.

Origo Gnosticismi Christiani.

Gnosticismus primum extra Ecclesiam Christianam exstitit. Orientales antiquitus suam recondebant philosophiam philosophematibus theosophicis, in quibus phantasiae vis dominabatur, apud varias gentes diversa. Hinc, de Deo, Spiritibus, coelis astrisque philosophantes, condiderunt Astrologiam Chaldaei, Dualismum Persae, Theosophiam Neoplatonici et Emanationis doctrinam maxime Aegyptii. Haec varia placita cum in Syria, tum maxime Alexandriae, communi veluti receptaculo placitorum Orientalium et Graecorum studiorum, cum allegorica Aegyptiorum ratione et Neo-platonismo conjuncta, eclectice explicabantur. In schola autem Judaica Alex-

andrina Aristobuli et Philonis illa conjungebantur cum Mosaismo. Sic confundebantur Orientalia, Graeca et Judaica placita. — Initia harum sententiarum in ipsis coetibus Christianis, Apostolorum jam aetate, apparuisse videntur, adeo ut non quidem ipse Gnosticismus, sed semina Gnosticismi, deinceps exorti, in sacro Codice inesse videantur.

Ulterius placita illa cum placitis quibusdam Christianis conjunxerunt Gnosticorum Christianorum πρόδρομοι, Samaritani nonnulli, Simon Magus, Dositheus et Menander. Ipsi vero, Christum non profitentes, Christiani non sunt dicendi, cum semet ipsos s. Messiam, s. Aeonem Dei, dixerint. Sectas illi condiderunt et praepararunt ita Gnosticismum.

Hunc vero in Christianam Societatem primus induxit Cerinthus, origine Judaeo-Alexandrinus, qui Christum habuit Aeonem primarium. — Unum statuit Numen Supremum, in πληρώματι versans, e quo emanarunt Aeones complures. Hi Angelis originem dederunt, quorum unus δημιουργός fuit, s. Jehova Israëlitarum. Illo depravato, misit supremus Deus in mundum ex Aeonibus unum, Christum, qui sese, a baptismo inde ad mortem usque, conjunxit cum homine Jesu. — Chiliasmum praedicavit; quippe Christus sese iterum conjunget cum homine Jesu, millenarium regnum conditurus.

Ex hisce placitis et seminibus increvit deinde Gnosticismus.

Periodus Secunda. 100 — 250.

Variae Gnosticorum Sectae.

Secundo potissimum et tertio saeculo Gnosticismus complectitur varias sectas, quae in orbe Christiano ex-

stiterunt, nonnulla habentes sibi invicem communia, alia vero discrepantia, pro sua quaeque indole, et pro varia ratione, qua adhibebant Theosophiam Orientalem, Neo-platonismum et Mosaismum, aeque ac Christianam Religionem.

Cuncti fere philosophiam Orientalem suis theoriis ornabant et ad Religionem Christianam adaptabant. Inquisiverunt universe in doctrinam de Deo, de bono maloque principio, de regno lucis et tenebrarum. Scilicet theosophice agebant de vinculo inter τὸ finitum et τὸ infinitum, inter Deum, spiritum, et hominem, cum corporeum, tum spiritualem. — Materiae tribuebant malum morale et physicum. Disputabant ita, utrum malum illud et ipsa materia (ἡ ὕλη), mali mater, Deo sit tribuenda, nec ne; i. e. πόθεν τὸ κακόν; et quomodo Deus supremus cum materia in concordiam ire potuerit. Statuerunt Demiurgum esse Deum inferiorem, qui, ipse malus, malum morale superare haud potuit. — Deus vero supremus, in luce (πληρώματι) versans, homines a materia et malo liberavit, misso Aeone, Christo, qui corpus, s. verum, s. ἐν δοκήσει, adscivit. Christus propterea dedit γνῶσιν, ut liberarentur a malo morali et materia. *Gnosis* adeo unice *spectabat* homines liberare ab ὕλη (materia) et a Demiurgo eosque reducere ad Christum et Deum lucis. Discernebant inter Ethnicorum, Judaeorum et Christianorum Deum.

Hinc explicabant *Cosmogoniam* Christianam. (s. contemplativam.) Loco creationis e nihilo, *emanationis doctrinam* explicabant. E Deo enim se evolvebant vires, s. attributa omnia, quibus singulis tribuebant nomina divina et personarum induebant rationem ac formam. Emanatio illa effluebat e πληρώματι (mundo lucis), vel ut radii e sole, vel ut numeri ex unitate deducti, vel ut

Ideae, quae personas induebant. Ut vero hinc originem mali explicarent, adhibuerunt *Dualismum*, vel absolutum, adeo ut duo statuerent principia, sibi aequalia atque aeterna, vel peculiarem, ut a Deo supremo utrumque derivarent principium, maxime statuendo, e Deo varios emanasse Aeones, quorum varii ordines sensim pejores facti sunt.

Uti vero cum Dualismus, tum Emanationis doctrina, in omni Gnosticismo vigent, ita ille prae ceteris regnabat in Gnosticis Syriacis, haec in Aegyptiacis, qui maxime Neoplatonicam philosophiam sectabantur, uti illi Persicam.

Recensentur vero hac aetate tres potissimum classes sectarum Gnosticarum; 1. *Gnostici Aegyptiaci*, s. *Alexandrini*, ad quos referuntur Valentinus, Carpocrates, Ophitae, s. Serpentiarii, quique transitum paravit Alexandrinorum ad Syriacos, Basilides. 2. *Gnostici Syriaci*, maxime Saturninus, Bardesanes, Tatianus. 3. *Gnostici Asiatico-Romani*, maxime Cerdo et Marcion; in quorum singulorum Theosophiam peculiariter est inquirendum.

Horum vero Gnosticismus, qui perfectior habebatur patefactio, Emanationis doctrinâ in Pantheismum tetendit, poëticum saepe retulit colorem et Syncretismum condidit eclecticum.

Tertia Periodus. 250 — 325.

Manichaeismus.

Persia peculiarem dedit Religioni Christianae formam, *Manicheismum*. A Gnosticis vulgo discernuntur Manichaei, qui tamen ad eandem referendi sunt Gnosticorum familiam. Conjunxerunt enim, licet sua ratione, Theo-

stiterunt, nonnulla habentes sibi invicem communia, alia vero discrepantia, pro sua quaeque indole, et pro varia ratione, qua adhibebant Theosophiam Orientalem, Neo-platonismum et Mosaismum, aeque ac Christianam Religionem.

Cuncti fere philosophiam Orientalem suis theoriis ornabant et ad Religionem Christianam adaptabant. Inquisiverunt universe in doctrinam de Deo, de bono maloque principio, de regno lucis et tenebrarum. Scilicet theosophice agebant de vinculo inter τὸ finitum et τὸ infinitum, inter Deum, spiritum, et hominem, cum corporeum, tum spiritualem. — Materiae tribuebant malum morale et physicum. Disputabant ita, utrum malum illud et ipsa materia (ἡ ὕλη), mali mater, Deo sit tribuenda, nec ne; i. e. πόθεν τὸ κακόν; et quomodo Deus supremus cum materia in concordiam ire potuerit. Statuerunt Demiurgum esse Deum inferiorem, qui, ipse malus, malum morale superare haud potuit. — Deus vero supremus, in luce (πληρώματι) versans, homines a materia et malo liberavit, misso Aeone, Christo, qui corpus, s. verum, s. ἐν δοκήσει, adscivit. Christus propterea dedit γνῶσιν, ut liberarentur a malo morali et materia. *Gnosis* adeo unice *spectabat* homines liberare ab ὕλῃ (materia) et a Demiurgo eosque reducere ad Christum et Deum lucis. Discernebant inter Ethnicorum, Judaeorum et Christianorum Deum.

Hinc explicabant *Cosmogoniam* Christianam. (s. contemplativam.) Loco creationis e nihilo, *emanationis doctrinam* explicabant. E Deo enim se evolvebant vires, s. attributa omnia, quibus singulis tribuebant nomina divina et personarum induebant rationem ac formam. Emanatio illa effluebat e πληρώματι (mundo lucis), vel ut radii e sole, vel ut numeri ex unitate deducti, vel ut

Ideae, quae personas induebant. Ut vero hinc originem mali explicarent, adhibuerunt *Dualismum*, vel absolutum, adeo ut duo statuerent principia, sibi aequalia atque aeterna, vel peculiarem, ut a Deo supremo utrumque derivarent principium, maxime statuendo, e Deo varios emanasse Aeones, quorum varii ordines sensim pejores facti sunt.

Uti vero cum Dualismus, tum Emanationis doctrina, in omni Gnosticismo vigent, ita ille prae ceteris regnabat in Gnosticis Syriacis, haec in Aegyptiacis, qui maxime Neoplatonicam philosophiam sectabantur, uti illi Persicam.

Recensentur vero hac aetate tres potissimum classes sectarum Gnosticarum; 1. *Gnostici Aegyptiaci*, s. *Alexandrini*, ad quos referuntur Valentinus, Carpocrates, Ophitae, s. Serpentiarii, quique transitum paravit Alexandrinorum ad Syriacos, Basilides. 2. *Gnostici Syriaci*, maxime Saturninus, Bardesanes, Tatianus. 3. *Gnostici Asiatico-Romani*, maxime Cerdo et Marcion; in quorum singulorum Theosophiam peculiariter est inquirendum.

Horum vero Gnosticismus, qui perfectior habebatur patefactio, Emanationis doctrinâ in Pantheismum tetendit, poëticum saepe retulit colorem et Syncretismum condidit eclecticum.

Tertia Periodus. 250 — 325.

Manichaeismus.

Persia peculiarem dedit Religioni Christianae formam, *Manicheismum*. A Gnosticis vulgo discernuntur Manichaei, qui tamen ad eandem referendi sunt Gnosticorum familiam. Conjunxerunt enim, licet sua ratione, Theo-

sophiam orientalem, quam ulterius excoluerunt prae ceteris Gnosticis, cum placitis Christianis.

Horum plerique Orthodoxis accenseri volebant, discernentes tantum inter πνευματίκους et ψυχίκους. (γνῶσιν et πιστίν.) Manes certe, sese habens Religionis Christianae Reformatorem, s. Paracletum, novam Religionem, sive Religionem Christianam perfectiorem, condere sibi proposuit, unum fere sectatus Parsismum, s. Gnosin Persico-Orientalem.

Manes (Mani, Manichaeus) Magusaeorum, Dualismum absolutum profitentium, doctrinam cum Religione Christiana conjungere studuit. Christum habuit Genium solis, s. dextram luminis, qui, obstantibus Daemonibus, homines ad lucem reducere studuit, s. a falsis Diis ad verum Deum. Allegorice et symbolice cuncta de Jesu fuit interpretatus, cum symbolis Christianis notiones suas theosophico-orientales proponeret. Pantheismi quid ei magis, quam ceteris Gnosticis, adhaesisse videtur.

Duo statuit Manes regna eaque aeterna, lucis et tenebrarum, quae Deo et Daemoni (ὕλη) suberant. Post pugnam utriusque regni, materia lucis cum illa tenebrarum fuit commixta, qua commixta Deus per πνεῦμα ζῶν mundum condidit, in quo materiam lucis ab illa tenebrarum sejungere voluit: quod vero prohibere studuit Daemon.

Haec autem pugna lucis et tenebrarum, cum in orbe, tum in ipso homine patuit. Postquam vero Daemon abduxerat homines ad Ethnicismum et Judaismum, Christus corpore docetico e Sole in terram descendit, ut ipse (genius Solis, dextra luminis) homines ad lucem reduceret atque a Daemonibus ad verum Deum, maxime doctrina, quam non rite percipiebant Apostoli, pervertebant vero

Christiani; quapropter Christus promissum misit Paracletum, *Manetem.*

Ethicam severiorem docuit, cujus mystica ratio fanatismum nonnunquam peperit, virtuti noxiam.

Habuerunt ita Manichaei suam doctrinam, oppositam Mosaismo, perfectiorem Christianam patefactionem. Perfecit Manes, Paracletus, quae inchoaverat Christus. Ipse, Christi instar, duodecim habuit Apostolos in sua Ecclesia, quae una vera erat. Erant ejus discipuli *Auditores* et *Electi* (exoterici et esoterici).

Manes vixisse videtur medio saeculo 3 in Perside, invisus Magis et Sapori regi. Indiam Sinamque petiisse dicitur. In Persiam, mortuo Sapore, redux variisque fatis usus, violenta morte periit, ao. 277. — Propagandam suam mandavit Religionem; sic e Perside processit in Africam proconsularem et Romanum Imperium. Persequebantur vero Manichaeos cum Persae, tum Christiani Orthodoxi et ipse Diocletíanus. Vel sic tamen late sparsa fuerunt semina novae illius Religionis, quae revera sectae tantum locum occupavit. — Inter Manichaeos plures sectae exstiterunt, in quibus *Priscillianistae.* Diu superfuerunt cum in Oriente, tum in Occidente, quin et saec. 12 in recentiori Europa.

Sic quidem Religio Christiana in Oriente orientalem induit formam et rationem: explicabatur ad Orientis conditionem; prouti Christianismus Palaestinensis ad Judaismum pervertebatur, ipsaque Graecorum ratio in Arianismo patuit. [1])

1) De *Gnosticis* cfs. NEANDER, *Genet. Entwickelung der vornehmsten Gnost. Systemen.* Berl. 1818. — LEWALD, *de doctrina Gnostica*, Heid. 1818. — MATTER, *Hist. crit. du Gnosticisme.* Par. 1828.

§ 21.

Studia fanatica Orientalia.

Montanismus in Oriente.

Aliam et rationem et formam orientalem induit Religio Christiana in Phrygia *Montanismo.* — Idealismo enim Gnosticorum sese opposuit Realismus in ipsa Ecclesia Catholica. Nec vero minus hic excolebatur a Montanistis, qui in Phrygia phantasiae ope in practicis Ecclesiam puriorem condere instituerunt, oppositam philosophematibus contemplativis Gnosticorum, eamque congruam in nonnullis severiori Judaeo-Christianismo.

Scilicet *Montanus*, in Phrygia (160?) fanatico-asceticam doctrinam excoluit. Parum tribuit dogmatibus Christianis; multum visionibus et oraculis, Chiliasmum praesignificantibus. Hoc vero vindicaretur purior Ecclesia; quapropter omnes ad vitam asceticam eamque Christianam et martyrium adhortabatur. Tandem Religionis Christianae sese Reformatorem pronunciavit, qui, tanquam Paracletus, a Christo promissus, novam inchoaret Religioni periodum.

Triplicem enim discernebat Religionis verae conditionem: 1º. puerilem, s. Veteris Foederis; 2º. juvenilem, s. Christi, 3º. virilem, s. Paracleti, Montani. Huic perfectiori conditioni succederet Chiliasmus.

---

3 vol. — praeter BEAUSOBRII et MOSHEMII, al. scripta, laudata a GIESELERO, I. 149, uti et peculiares Dissertationes et Censurae, quae cum separatim, tum in *Studiis et Criticis Theologicis* aliisque Collectt. prodierunt, laudata a GIESELERO, et HASIO, al. De peculiaribus Gnosticorum sectis scripserunt GIESELER, LUCKE, HAHN, KELLE, FULDNER, WEGNERN, al. de Manichaeis BAUR, al.

In illa *Ecclesia Spiritus* (unde Pneumatici et Psychici dicebantur,) Ethica dominabatur severior, maximo ascetica: jejunia duriora commendabantur; Matrimonium vetabatur; poenitentia severior et excommunicatio adhibebantur.

Montanismus in Occidente.

Montanismus ex Oriente secessit ad occidentalem Ecclesiam, Tertulliano maxime auctore (220); adeo ut in eo vinculum haberetur inter Ecclesiam orientalem et occidentalem fanaticam. Inprimis in Afro-Latina Ecclesia auctoritatem accepit et practice excolebatur placitis de Ecclesia et disciplina ecclesiastica, potissimum de Lapsis.

Montanistae dicebantur etiam *Cataphryges*, *Pepuziani*, *Quintilliani*, *Tascodrugitae*, al. [1])

§ 22.

Doctrina Graeco-Latina de Deo Patre, Filio et Spiritu Sancto.

Monarchiani.

Quo tempore pugnam egit Religio Christiana cum ceteris Religionibus, alii exstiterunt, qui illam cum hisce in concordiam redigere studuerunt: sive cum Mosaismo, sive cum Theosophia orientali, sive cum placitis Orientalium fanaticis, sive cum Neo-platonismo. Haec vero

---

1) De Montanismo cff. WALCH, *Gesch. der Ketzereyen.* — Scripta TERTULLIANI. — NEANDER, *Antignosticus. Geist. des Tertullianus.* — NEANDER, *K.- Gesch.* I, III. S. 872. ff, et auctores, laudati a GIESELERO I. p. 163.

opportunitatem aliis dederunt de peculiaribus disputandi dogmatibus eaque ulterius explicandi. Sic cum Theosophia de Deo et natura Divina, nec vero minus cum Neo-platonismo, arctissime cohaerebat ***doctrina de Deo, Patre, Filio et Spiritu S.***

Doctrina enim Christiana Deum veneratur Patrem, Filium et Spiritum S.; docetque arctissimum obtinere vinculum Patrem inter et Filium; vinculi illius modo ac ratione vix indicatis, nisi, quatenus ingenii humani vires ferant. — Haec ulterius illustrare et explicare coeperunt cum Christiani Platonizantes, maxime Patres nonnulli Graecae Ecclesiae, tum Ecclesia Latina; adeo ut sensim doctrina explicaretur de natura *τοῦ λόγου* divina ejusque ad Patrem ratione, e Johannis, Petri et Pauli scriptis petita; de *ὑποστάσεσι* divinis et mutua *ὑποστάσεων* divinarum ratione; de Logo, a Patre decernendo, licet eandem habuerit, ac Ille, *ὑπόστασιν*, qua arctissime fuit cum Eo conjunctus, deque *τριάδι*, in Latina Eccl. maxime exposita. Quae cuncta tamquam placita doctrinae orthodoxae invaluerunt.

Hanc autem *τοῦ λογόυ* doctrinam oppugnarunt in Asia minori et Oriente nonnulli. — Scilicet de ***Christo homine*** antea jam suam, sibi invicem oppositam, sententiam propugnaverant, cum ***Judaeo-Christiani*** nonnulli, Jesum merum hominem habentes, dum *πνευματικά σωματικῶς* acciperent, tum ***Docetae***, qui *σωματικά πνευματικῶς* explicabant. Horum sententia (nam sectam non condiderunt) longe lateque patuit. Jesui corpus, vere humanum, abjudicabant, sive corpus eum habuisse subtilius atque aetherium, sive corpore eum tantum apparuisse (*ἐν δοκήσει, φαντασίᾳ*, schijnligchaam), statuerint. Gnosticis et Neoplatonicis philosophis inprimis accepta

fuit haecce doctrina. Hinc exstitit *Incarnationis* dogma, quod acriter tuebantur Orthodoxi. Refert ita illa sententia contemplativam de Jesu homine Orientalium doctrinam. [1])

Postea vero eandem illam doctrinam impugnarunt nonnulli, *Monarchiani* dicti, cum *τὴν μοναρχίαν* veri Dei docerent; qui, licet Graecis fortasse imbuti studiis, odio ferebantur Platonismi Christiani et Ethnicismi Polytheistici. Distinguendi subtilitate retulerunt Graecorum ingenium, eo verosimiliter incitati opposito ardore aliorum Christianorum et severioribus formulis, quibus utebantur Orthodoxi.

Docuerunt unum esse Deum verum, Patrem, a quo discernebant *τὸν λόγον*, s. *ἐνδιάθετον* s. *προφορικὸν*; Christum hominem, a Prophetis significatum, e virgine natum, quocum sese conjunxit *ὁ λόγος*, s. *ἐνέργεια* Dei, Patris. Habuerunt Spiritum S. vim divinam, s. *ἐνέργειαν* Dei, qua in hominem agit Deus et qua in virgine natus est Christus.

In haece vero subtiliori doctrina explicanda alii ab aliis discesserunt; adeo ut Patrem, Filium et Spiritum S. divina tantum nomina, s. vires, s. facultates habere dicerentur. Ab adversariis horum nonnulli dicebantur Patripassiani, maxime Praxeas, uti et Noëtus et Beryllus. Certe videntur nonnulli Deitatem *τοῦ λόγου* negasse; alii eam docuisse, verum a Deo non *ὑποστατικῶς* discernendam, cum *ἐνέργεια* Dei corpore humano prodierit.

Primarias in Monarchianis partes gesserunt cum Alogi, qui peculiari loco a nonnullis recensentur; tum qui ex

1) De *Docetis* cf. KIRMKYER *Comm. de Docetis*, Halle 1823.

Asia minori vel Graecia Romam venerunt, **Praxeas**, Montanismi adversarius, **Theodotus**, Byzantinus, **Theodotus** junior, a quo **Melchisedeciani**, **Artemon** (Artemas), Theodoti discipulus, nec non, qui in variis Orientis regionibus vixerunt, **Beryllus**, Episcopus Bostrensis, in concilio Bostrensi (244) Origeni cedens, **Noëtus** (220—250), Smyrnae et Ephesi, **Sabellius**, Ptolemaïde in Pentapoli Africana (250), cui plurimi adhaerebant et maxime **Paulus Samosatenus**, Syrius, Episcopus Antiochenus (260), Episcopatu privatus (269—272), Aureliano de Zenobia, Pauli fautrice, victoriam agente.

Monarchianos hosce oppugnarunt Episcopi et Concilia. Ecclesia maxime Latina eos oppugnavit et adversus Paulum Samosatenum celebrata habita sunt concilia Antiochena (269—272), quae vim heterodoxam vocis ὁμοούσιος statuebant. Plerique vel excommunicabantur, vel munere privabantur.

Licet vero eorum asseclae, variis nominibus in variis regionibus dicti, (**Praxeani** s. Patropassiani, **Noëtiani**, **Sabelliani**, **Pauliani**, **Artemonitae**, **Melchisedeciani**,) hic illic diu superfuerint; vel sic tamen subsidiis dogmaticis et ecclesiasticis Monarchianismum profligavit, quae victoriam egit, Ecclesia orthodoxa. 1)

---

1) De *Monarchianis* vide scripta *Tertulliani*, *Epiphanii*, *Theodoreti* et *Eusebii* (in Compp. laudata) — NEANDER, *Kirchen-G. l. l.* MOSHEMIUS. l. l. — LANGE, *Gesch. u. Lehrbegriff der Unitarier vor der Nicänischen Synode.* Leipz. 1831. — in *Beiträge zur ältesten Kirchengesch.* II. B. — Ejusdem: *über krit. und pragm. Behandlung der Kirchen- und Dogmengesch. mit Rücksicht auf seine Schrift: über die Unitarier;* — in ILLGENS, *Zeitschr. f. hist. Theologie.* II. II, 17-46 — et ej. *die Lehre der Unitarier des 2. und 3. Jahrh. von dem Heiligen Geiste;* in ILLGENII l. l. l. III: 1. 65 sqq. — ULLMAN, *de Beryllo Bo-*

§ 23.

Theologiae Christianae fundamenta.

A Catholicis igitur, aeque ac Haereticis, pleraque dogmata hac aetate pertractari, explicari, adornari, definiri inceperunt; illorum vinculum observabatur; adhibebantur formulae et termini dogmatici, ut doctior tandem inde prodierit Religionis doctrinae forma. Hujus ope factum est, ut Patres, inprimis Alexandrini, γνῶσιν inter et πίστιν discernerent et inter doctrinam esotericam et exotericam, utque disciplina arcani uterentur Christiani. Ita praeparabatur *Theologia*, cujus semina hac aetate aderant; ipsa nondum aderat. Quominus enim jam adesset, prohibuit Ecclesiae conditio. Veruntamen habebantur *Concilia*, quibus ecclesiasticam formam dogmatibus Christianis tribuere inceperunt; quin et *Unitas Ecclesiae*, quae jam praeparabatur, eo valuit, ut una sensim oriretur unius Ecclesiae Theologia. Cuncta vero haecce insequenti aetate magis invaluerunt. [1])

§ 24.

Sectionis Conspectus.

Obtinuit certe longum discrimen inter doctrinae Christianae conditionem ineunte et exeunte hacce Periodo. — Alius Religionis desiderio ferebatur genus humanum,

---

strensi ejusque doctrina Commentatio, Hamb. 1835. — HEINICHEN, *de Alogis*, *Theodotianis et Artemonitis*, Leipz. 1829. — BAUMGARTEN-CRUSIUS, *Dogmengesch.* I. 1: 190 et auctores ab eo et GIESELERO, l. l. et HASIO l. l. laudati.

1) Cff. ROSENMÜLLER, *de Christ. Theol. origine.* Leipz. 1786. 8.

quo tempore Jesus Christus spiritualem Dei cultum in genere humano restituere incepit, et homines, Dei cum iis communicata patefactione, doctrinam docuit, vere divinam, quam scripto consignarunt Auctores sacri, et uberius explicuerunt, atque ad vitam hominum communem accommodarunt Apostoli, Evangelistae, Patres Apostolici et Patres Ecclesiae Graeci atque Latini. Horum pro varia doctrinae ratione et forma, tres discernuntur classes: Alexandrini, Asiatici s. Antiocheni et Afro-Latini. Uti enim universe placitis Apostolicis adhaeserunt, ita hominum gentiumque varietas mox in iis patuit, cum philosophia fere regerentur Alexandrini, interpretationem grammaticam sectarentur Antiocheni, practicum vero argumentum et formam dogmatico- ecclesiasticam Latino-Afri.

Quam vero, ab aevo inde Antoninorum, oppugnarunt Religionem Christianam scriptores nonnulli Ethnici, maxime **Lucianus**, **Crescens**, **Fronto**, **Celsus**, **Plotinus**, **Porphyrius**, **Philostratus**, **Hierocles**, vindicantibus illius causam Apologetis, hanc placitis et sententiis, ab Ecclesiae diversis, excoluerunt Haeretici. Hisce hoc aevo proprium illud fuit, ut primum Religionem Christianam cum Mosaismo, vel philosophia, conjungere studerent, s. Orientali, s. Graeca, postea demum peculiaria quaedam placita sua ratione informare. Ita Judaeo-Christiani cum Mosaismo; Gnostici cum Theosophia Orientali eam conjunxerunt, dum studia Orientalium fanatica ad eam traduxerunt Montanistae, quorum placita Occidentali Ecclesiae commendavit Tertullianus. — Contra vero placitum de Deo Patre, Filio et S. S., quod profitebatur Ecclesia, inprimis *τοῦ λόγου* doctrinam, oppugnarunt, uti Judaeo-Christiani et Docetae, ita maxime Monarchiani, q. d., quos oppugnarunt Episcopi

et Concilia. — Singulis hisce doctrinam explicandi conatibus factum est, ut, hacce jam aetate, Theologiae Christianae, quae insequenti Periodo prodiit, cernerentur origines.

Sectio Tertia.

HISTORIA SOCIETATIS CHRISTIANAE.

Societas democratico-aristocratica.

§ 25.

Sectionis argumentum.

Ecclesia Christiana, licet ab ipso Christo non fuerit condita, sensim fuit constituta, postquam Christiani, in dies numero increscentes, coetus condiderant, quibus inter se conjunctis, Societas fuit orta Christianorum. Magis autem magisque hacce aetate Unitas Ecclesiae et *Ecclesia Catholica* exstitit, disjuncta ab *haereticis* q. d. Christianis.

Curam horum coetuum et postea ipsius Ecclesiae gesserunt Apostoli, Presbyteri, Episcopi, Diaconi, Diaconissae, al., quibus in dies accesserunt Ordines minores. Episcopis vero dignitate, auctoritate, potestate adeo, invalescentibus, exstitit a Laicis distinctus Clerus, quo constituto, simul constituebatur *Societatis forma*. — Ecclesia enim Catholica, sensim in Dioeceses et Metropo-

litanatus, et ad civilis Imperii rationem, distributa, Senatus suos habuit in Conciliis, s. Synodis, maxime provincialibus. Hisce democratica Ecclesiae forma sensim in aristocraticam abiit, et hinc Respublicae exstiterunt Ecclesiasticae.

Christianorum vita multis nominibus sese commendavit, cum Religionis vis eam moderaretur. Propterea *auream* dixerunt multi hancce aetatem, in qua tamen dijudicanda prudenter versemur oportet. Invaluit simul, h. a., ex Ethnicismo tralata, *vita ascetica* et *eremytica*. — In ipsa hac Societate simul increvit *vita Ecclesiastica*, cultu Dei publico, ritibus et caerimoniis moderata. Simplicissime eum instituerunt Christus atque Apostoli. Horum vero aetate Agaparum et Diei dominici celebratio; saeculo item II et III festi dies Christianorum accesserunt, maxime Paschatis et Pentecostes festum, Sensim vero Martyrum veneratio, jejunia, exorcismus, pluraque alia irrepserunt in Ecclesiam, quae eo valuerunt, ut aurea Religionis simplicitas negligi coeperit.

Quae vero *leges* suas tulit Societas, haec *disciplinam* exercuit *Ecclesiasticam*, cum in admittendis sociis, tum erga peccantes et Lapsos, quibus haud raro poenae Ecclesiasticae et poenitentia imponebatur.

Haec ad Ecclesiam q. d. Catholicam. — Ab illa vero distinguebantur *Societates Haereticorum* q. d. et *Schismata Ecclesiastica*. Licet enim schismata exstiterint, maxime de Paschatis festo, Felicissimi, Novatianorum, quae novas non condiderunt Societates; alibi tamen Judaeo-Christianorum, Montanistarum, Gnosticorum, Monarchianorum, aliorum, societates prodierunt separatae, quae in plurimis eandem sequebantur, atque Ecclesia Catholica, rationem; in nonnullis discrepabant.

Quae ita paulatim increvit Societas Christiana et constituebatur, haec diversam retulit hominum, gentium, inprimis Imperii civilis et ceterarum Religionum, rationem. [1])

§ 26.

Societatis Christianae origines et regiminis ratio.

Christus, divinae Religionis auctor, Ecclesiam, s. Societatem, non condidit; [2]) verum Deum hominibus patefecit, homines docuit Religionem et coelestem civitatem hisce in terris condidit. Hominum erat coelesti huic civitati formam dare humanam.

Neque tamen illa derepente exstitit. Propagata Religione Christiana, *coetus* exstiterunt, quibus magis magisque inter se conjunctis, *Societas* enascebatur Christianorum. Informabatur illa potissimum ad rationem primorum coetuum, qui exstiterant, inprimis Hierosolymitani, qui, magnam partem Synagogam veterem Judaicam imitatus, illius suscepit rationem. [3])

Evangelium omnes omnino homines iisdem gaudere

---

1) Cff. maxime JUSTINI MARTYRIS, ATHENAGORAE et TERTULLIANI *Apologiae*, — tum et BINGHAMI, *Origines Eccl.* — PLANCK, *Gesch. der Kirchl. Gesellsch.-Verfassung.* Hamb. 1803. 5 Bd. — ZIEGLER *Pragm. Gesch. der kirchl. Verfassungsformen in den 6 ersten Jahrhunderten*, Leipz. 1728.

2) Cf. N. C. KIST, *de Christl. Kerk op aarde, volgens het onderwijs van Jezus en de Apostelen en de Geschiedenis.* — in de *Verh. van* TEYLERS *Godg. Gen.* D. 30. Haarl. 1830. bl. 30. (2. uitgave, 8. bl. 35. — Uberius de his dixi in: - *Hedend. Kerkregt bij de Hervormden in Nederland*, 1. bl. 36.

3) VITRINGA, *de Synagoga Veteri.* — LÜCKE, *de Christianorum Ecclesia Apostolica.*

litanatus, et ad civilis Imperii rationem, distributa, Senatus suos habuit in Conciliis, s. Synodis, maxime provincialibus. Hisce democratica Ecclesiae forma sensim in aristocraticam abiit, et hinc Respublicae exstiterunt Ecclesiasticae.

Christianorum vita multis nominibus sese commendavit, cum Religionis vis eam moderaretur. Propterea *auream* dixerunt multi hancce aetatem, in qua tamen dijudicanda prudenter versemur oportet. Invaluit simul, h. a., ex Ethnicismo tralata, *vita ascetica* et *eremytica*. — In ipsa hac Societate simul increvit *vita Ecclesiastica*, cultu Dei publico, ritibus et caerimoniis moderata. Simplicissime eum instituerunt Christus atque Apostoli. Horum vero aetate Agaparum et Diei dominici celebratio; saeculo item II et III festi dies Christianorum accesserunt, maxime Paschatis et Pentecostes festum, Sensim vero Martyrum veneratio, jejunia, exorcismus, pluraque alia irrepserunt in Ecclesiam, quae eo valuerunt, ut aurea Religionis simplicitas negligi coeperit.

Quae vero *leges* suas tulit Societas, haec *disciplinam* exercuit *Ecclesiasticam*, cum in admittendis sociis, tum erga peccantes et Lapsos, quibus haud raro poenae Ecclesiasticae et poenitentia imponebatur.

Haec ad Ecclesiam q. d. Catholicam. — Ab illa vero distinguebantur *Societates Haereticorum* q. d. et *Schismata Ecclesiastica*. Licet enim schismata exstiterint, maxime de Paschatis festo, Felicissimi, Novatianorum, quae novas non condiderunt Societates; alibi tamen Judaeo-Christianorum, Montanistarum, Gnosticorum, Monarchianorum, aliorum, societates prodierunt separatae, quae in plurimis eandem sequebantur, atque Ecclesia Catholica, rationem; in nonnullis discrepabant.

Quae ita paulatim increvit Societas Christiana et constituebatur, haec diversam retulit hominum, gentium, inprimis Imperii civilis et ceterarum Religionum, rationem. [1])

§ 26.

Societatis Christianae origines et regiminis ratio.

Christus, divinae Religionis auctor, Ecclesiam, s. Societatem, non condidit; [2]) verum Deum hominibus patefecit, homines docuit Religionem et coelestem civitatem hisce in terris condidit. Hominum erat coelesti huic civitati formam dare humanam.

Neque tamen illa derepente exstitit. Propagata Religione Christiana, *coetus* exstiterunt, quibus magis magisque inter se conjunctis, *Societas* enascebatur Christianorum. Informabatur illa potissimum ad rationem primorum coetuum, qui exstiterant, inprimis Hierosolymitani, qui, magnam partem Synagogam veterem Judaicam imitatus, illius suscepit rationem. [3])

Evangelium omnes omnino homines iisdem gaudere

---

1) Cff. maxime JUSTINI MARTYRIS, ATHENAGORAE et TERTULLIANI *Apologiae*, — tum et BINGHAMI, *Origines Eccl.* — PLANCK, *Gesch. der Kirchl. Gesellsch.-Verfassung*. Hamb. 1803. 5 Bd. — ZIEGLER *Pragm. Gesch. der kirchl. Verfassungsformen in den 6 ersten Jahrhunderten*, Leipz. 1728.

2) Cf. N. C. KIST, *de Christl. Kerk op aarde, volgens het onderwijs van Jezus en de Apostelen en de Geschiedenis.* — in de *Verh. van* TEYLERS *Godg. Gen.* D. 30. Haarl. 1830. bl. 30. (2. uitgave, 8. bl. 35. — Uberius de his dixi in: - *Hedend. Kerkregt bij de Hervormden in Nederland*, 1. bl. 36.

3) VITRINGA, *de Synagoga Veteri.* — LÜCKE, *de Christianorum Ecclesia Apostolica.*

juribus docuit, nullo admisso Sacerdotum ordine, s. Casta Sacerdotali. Commune enim est omnium Christianorum sacerdotium (*βασίλειον ἱεράτευμα*), 1 Petr. II: 9); unus vero Sacerdos supremus, et unus Mediator, qui plura dona, ab uno Spiritu repetenda, cum Christianis communicat. Neque tamen aliter fieri potuit, quin mox Societatis et rationem et formam susciperet Ecclesia. Qui enim coetus condiderant Apostoli, iidem eos ordinarunt. Auctoritate illi invaluerunt in coetibus, neque tamen primum ea, ut praecepta darent et mandata; sed monita tantum (Act. VI: 2. XV: 22, 23). Deinceps autem major illorum invaluit, tanquam Doctorum, auctoritas, salva Christianorum libertate. Neque ullis argumentis, s. exegeticis, s. historicis, evinci potuit, Petrum Apostolorum tenuisse primatum, vel per 25 annos Romanum fuisse Episcopum; quae fabula, a saeculo inde 4 ad posteriora tempora, continenter fuit aucta et ornata. [1])

Primum in coetibus peculiares *Doctores* non aderant. Christiani varia, qua gaudebant, facultate spirituali, s. prophetiae, s. interpretationis, s. *διδασκαλίας* cett. utebantur. Quo magis vero increvit Societas et Christianorum numerus, eo pluribus indigebant, qui eam administrarent. Forma desiderabatur externa. Hinc e Judaica Synagoga plurima desumserunt. Exstiterunt ita *Diaconi* et *Diaconissae* (Act. VI: 1—6, 1 Thim. III: 8—12, Rom. XVI: 1, 1 Cor. XI.) (s. Presbyterissae) [2]) maxime *Presbyteri*, *Episcopi*.

Hisce Presbyteris, s. Episcopis, omnis tradita fuit coe-

---

1) Cf. de omni hocce argumento: PLANCK, *Gesch. der Chr. Gesellschafts-Verfassung*. I. S., ff. — NEANDER, *Kirchengesch*. I. 1. 276 ff. — GIESELER l. l. I. § 30, 52, 66, et auctores ibi laudati.

2) ZIEGLER, de *Diaconis et Diaconissis*.

tuum cura, tanquam primis inter pares. Neque tamen uni illi, docebant, cum χάρισμα διδασκαλίας ceteris item concessum esset. — Sensim vero a Presbyteris discernebantur Episcopi et enata fuit *Episcopalis* ratio in Ecclesia Christiana. Uti enim ad Mosaicum cultum saepe componebatur Christianus, sic, missa doctrina Apostolica, Sacerdotium Judaicum in Christianum transferebatur, haud discretis a se invicem Theocratia Judaica et regno Christi. Hinc munera Ecclesiastica Sacerdotio Judaeorum aequiparabant. Loquebantur de Sacerdotio Christiano; Presbyteros et Episcopos habebant veluti Sacerdotes, Diaconos veluti Levitas, seque eandem prorsus sequi rationem, atque illos, putabant.

Hinc factum, ut sensim increverit *Episcoporum auctoritas*, dignitas, potestas, inprimis in urbibus Provinciarum primariis (μητροπόλεσι) et in Ecclesiis Apostolicis, aut ubi numero plures habebantur Episcopi. Verum magis etiam magisque jura hi sibi arrogarunt; prae Presbyteris suam evehebant auctoritatem, et, dominandi studio ducti, potestatem tandem nacti sunt, cum suam inciperent ab ipso Deo, non adeo a plebe, repetere auctoritatem. [1])

Sic exstitit, voce a Judaeis desumta, *Clerus*, a *Laicis* distinctus. [2]) Presbyteri informabant Senatum Episcoporum, iisque accesserunt Ordines Clericorum minores; in his *Subdiaconi*, *Acoluthi*, *Lectores*, *Exorcistae*, *Ostiarii*, al. quos creabat Episcopus. — Vel sic tamen nunquam abrogata fuit populi in rebus sacris auctoritas

---

1) Loca *Cod. S.* — et *Clementis Romani*, *Irenaei*, *Hieronymi*, a GIESELERO et NEANDRO l. — GABLERUS, *de Episc. primae Eccl. Christ, eorumque origine.* Jenae. 1805. — ZIEGLER, *de Episcopis.* — N. C. KIST, *over den oorsprong van het Bisschoppelijk gezag*, — in het *Archief voor kerkel. Gesch.* b. a. D. II. et X.

2) BOEHMER, *de differentia inter ordinem et plebem* — NEANDER, l. l.

juribus docuit, nullo admisso Sacerdotum ordine, s. Casta Sacerdotali. Commune enim est omnium Christianorum sacerdotium (*βασίλειον ἱεράτευμα*), 1 Petr. II: 9); unus vero Sacerdos supremus, et unus Mediator, qui plura dona, ab uno Spiritu repetenda, cum Christianis communicat. Neque tamen aliter fieri potuit, quin mox Societatis et rationem et formam susciperet Ecclesia. Qui enim coetus condiderant Apostoli, iidem eos ordinarunt. Auctoritate illi invaluerunt in coetibus, neque tamen primum ea, ut praecepta darent et mandata; sed monita tantum (Act. VI: 2. XV: 22, 23). Deinceps autem major illorum invaluit, tanquam Doctorum, auctoritas, salva Christianorum libertate. Neque ullis argumentis, s. exegeticis, s. historicis, evinci potuit, Petrum Apostolorum tenuisse primatum, vel per 25 annos Romanum fuisse Episcopum; quae fabula, a saeculo inde 4 ad posteriora tempora, continenter fuit aucta et ornata. [1])

Primum in coetibus peculiares *Doctores* non aderant. Christiani varia, qua gaudebant, facultate spirituali, s. prophetiae, s. interpretationis, s. *διδασκαλίας* cett. utebantur. Quo magis vero increvit Societas et Christianorum numerus, eo pluribus indigebant, qui eam administrarent. Forma desiderabatur externa. Hinc e Judaica Synagoga plurima desumserunt. Exstiterunt ita *Diaconi* et *Diaconissae* (Act. VI: 1—6, 1 Thim. III: 8—12, Rom. XVI: 1, 1 Cor. XI.) (s. Presbyterissae) [2]) maxime *Presbyteri*, *Episcopi*.

Hisce Presbyteris, s. Episcopis, omnis tradita fuit coe-

---

1) Cf. de omni hocce argumento: PLANCK, *Gesch. der Chr. Gesellschafts-Verfassung*. I. S., ff. — NEANDER, *Kirchengesch*. I. 1. 276 ff. — GIESELER l. l. I. § 30, 52, 66, et auctores ibi laudati.

2) ZIEGLER, de *Diaconis et Diaconissis*.

tuum cura, tanquam primis inter pares. Neque tamen uni illi, docebant, cum χάρισμα διδασκαλίας ceteris item concessum esset. — Sensim vero a Presbyteris discernebantur Episcopi et enata fuit *Episcopalis* ratio in Ecclesia Christiana. Uti enim ad Mosaicum cultum saepe componebatur Christianus, sic, missa doctrina Apostolica, Sacerdotium Judaicum in Christianum transferebatur, haud discretis a se invicem Theocratia Judaica et regno Christi. Hinc munera Ecclesiastica Sacerdotio Judaeorum aequiparabant. Loquebantur de Sacerdotio Christiano; Presbyteros et Episcopos habebant veluti Sacerdotes, Diaconos veluti Levitas, seque eandem prorsus sequi rationem, atque illos, putabant.

Hinc factum, ut sensim increverit *Episcoporum auctoritas*, dignitas, potestas, inprimis in urbibus Provinciarum primariis (μητροπόλεσι) et in Ecclesiis Apostolicis, aut ubi numero plures habebantur Episcopi. Verum magis etiam magisque jura hi sibi arrogarunt; prae Presbyteris suam evehebant auctoritatem, et, dominandi studio ducti, potestatem tandem nacti sunt, cum suam inciperent ab ipso Deo, non adeo a plebe, repetere auctoritatem. [1])

Sic exstitit, voce a Judaeis desumta, *Clerus*, a *Laicis* distinctus. [2]) Presbyteri informabant Senatum Episcoporum, iisque accesserunt Ordines Clericorum minores; in his *Subdiaconi*, *Acoluthi*, *Lectores*, *Exorcistae*, *Ostiarii*, al. quos creabat Episcopus. — Vel sic tamen nunquam abrogata fuit populi in rebus sacris auctoritas

---

1) Loca *Cod. S.* — et *Clementis Romani*, *Irenaei*, *Hieronymi*, a GIESELERO et NEANDRO l. — GABLERUS, *de Episc. primae Eccl. Christ, eorumque origine*. Jenae. 1805. — ZIEGLER, *de Episcopis*. — N. C. KIST, *over den oorsprong van het Bisschoppelijk gezag*, — in het *Archief voor kerkel. Gesch.* b. a. D. II. et X.

2) BOEHMER, *de differentia inter ordinem et plebem* — NEANDER, l. l.

Neque aliter fieri potuit, quin, constituto regimine, oriretur *Societas Christiana.*

§ 27.

Forma Societatis Christianae.

Quae sensim exstitit Societas Christiana, haec pedetentim nacta est *formam* Societatis. Societatis enim studia, quae hominibus insunt, Religione Christiana maxime promovebantur. [1]) Valuerunt autem cum persecutiones, tum dominandi studium Episcoporum, ut magis magisque, vel ad civilis Imperii rationem, vel ad Judaicae Synagogae cultum, constitueretur illius forma.

Democratica, quae primum invaluit, Ecclesiae *forma*, paulatim in *aristocraticam* transiit. Discrimine enim, quod obtinere coepit inter Episcopos, ita conjungebatur Societas, ut, praeter Episcopos rurales, (χωρεπισκόπους) *Dioeceses* orirentur et *Metropolitanatus*; quibus non adeo una constituebatur Societas, sed variae exstiterunt *Respublicae Ecclesiasticae.* [2])

Divinis enim cum humanis permixtis, *Unitas Ecclesiae* praedicabatur et Eccl. Catholica, quam significavit Ignatius, excoluit Irenaeus et dogmaticis argumentis inprimis fulcivit Cyprianus. [3]) Repraesentatio q. d. Ecclesiae invaluit in hisce Rebuspublicis, et sedes prima-

1) Cf. J. F. VAN OORDT, *de Rel. Chr. ad promovenda Societatis studia apta.* Traj. 1821.

2) Cf. PLANCK l. l. et ejusdem liber *de primis gubernationis Dioecesanae initiis.*

3) CYPRIANUS, *de Unitate Ecclesiae.*

rias habuit in Episcopatibus orbis Christiani primariis, Alexandrina, Antiochena, potissimum in sede Romana, s. Cathedra Petri, q. d.

Harum Senatus retulerunt *Synodi*, s. *Concilia*, quorum prima veluti initia in congressu cernebantur Hierosolymitano (Act. XV) [1]; quae vero deinceps, Montanistarum maxime opportunitate, congregabantur. (160-170) Constituebantur illa primum in Graecia, deinde alibi in Oriente. Medio vero saeculo 3o. plerumque constituta erant *Concilia Provincialia*, quae bis quotannis coïbant. Aderant illis Provinciae Episcopi; hic illic etiam Presbyteri. Publice habebantur, adstante populo. Episcopi suam, non Ecclesiae, ferebant sententiam, ductam, uti videbatur, Spiritu S. — Convocabantur a Metropolitanis Episcopis. Graecam proprie spirabant rationem, maxime Concilii Amphictyonum. Communicabant illa sua secum invicem *literis formatis.* [2])

Concilia illa *leges* tulerunt *Ecclesiasticas* et decreta, *Canones* vulgo dicta. Valuerunt illi ad ligandum Ecclesiarum vinculum et formandas Respublicas Ecclesiasticas.

Fiscus coetuum constabat donis mutuis, quae administrabant Diaconi, cum pauperum, aegrotorum, viduarum in usum; tum ad Doctorum ceterorumque

---

1) Cf. v. STAVEREN, *Disp. de Concil. Hieros.* (Act. 15) *compar. cum reliquis conciliis, ad 4 usque saeculum habitis*, Gron. 1830.

2) Cf. WALCH, *Gesch. der Kirchen-Verfass.* — MOSHEMIUS, *de rebus Christianorum ante Const.* p. 268 — et alia laudata a GIESELERO l. l. § 52 et 66. NEANDRO I. 321. et PLANCK l. l. I, 68. ff 193. ff. — De Concilio Amphictyonum cf. PAUSANIAS X: 8. coll. TERTULLIANUS, *de jejuniis.* c. 13. — CYPRIANI *Ep.* 75; alia.

munerum Ecclesiasticorum subsidia. Dona illa in gratiam Clericorum in natura q. d. dabantur, deinceps argento, adeo ut saec. tertio obtinuerit ***divisio mensurna***, quam in corbonam conferebant. Sic in majoribus coetibus Episcoporum res pecuniariae egregie sustentabantur.

Sensim vero ***Ecclesia Orientis*** atque ***Occidentis*** diversa exstitit.

§ 28.

Vita Christiana et Ascetica.

Auream Christianorum aetatem hancce laudare solent multi, negantibus aliis. Et sane aurea aliquatenus dicenda est moralis Christianorum aetas, maxime instituta comparatione Christianorum cum Ethnicis, voluptatibus et sensuum vi deditis. His enim suam opponebant vitam modestam et sanctiorem, adeo ut patuerit discrimen orbis antiqui et novi, i. e. Ethnici atque Christiani.

Dominabatur universe sententia: omnem vitam Christianam, cum domesticam, tum publicam, regundam esse praeceptis Christianis et vi S. S., in qua excolenda alii erant severiores, laxiores alii. — Ingens haec vis Religionis Christianae in hominum moribus repetenda erat ex conversione ab Ethnicismo ad Christianismum, ex adversa fortuna Christianorum, ex heroico eorum ardore, maxime ex indole divina Religionis Christianae, quae virtutes humanas exserebat; verbo: ex illa humani generis ad novam vitam παλιγγενεσίᾳ — Commendabant adeo sese Christiani virtutibus et vita sanctiori, maxime caritate mutua, modestia, pacis et quietis studio, castitate et morum severitate; tum animi etiam robore ac laetitia in calamitatibus perferendis; ut universe Religio fuerit moderatrix actionum humanarum.

In vita enim, cum domestica, tum civili, principia suscitavit Religio Christiana, quae ab aliis plenius, ab aliis laxius, in praxin adducebantur; maxime sanctiori matrimonio commendando, eoque religiose celebrando, vestimentis regundis et minuenda vi servitutis.

Vel sic tamen alii variis notabantur, hac ipsa aetate, *vitiis.* Quo magis enim propagabatur Religio, eo plura Societatis vitia in Societatem Christianam irrepserunt. Verum haec erant nonnullorum tantum; plurimorum contra vita Christianis virtutibus erat ornata.

Uti vero alii laxiores erant, alii severiores in eo, quod Regnum Dei opponerent τῶ κόσμῳ, ita vita ascetica, quae in Ethnicismo apparuit, transiit item studiis moralibus severioribus ad Christianos. — *Ascetae* vivebant in media societate (*Continentes*), ἄσκησιν ipsam Philosophiam dicentes. Alii vero ad extrema proruerunt, ad *Eremitarum* vitam, maxime post persecutionem Decianam, transeuntes, et coelibatum commendantes; in quibus *origines* cernimus *vitae Monachicae*, quae ipsa insequenti periodo occurrit. (συνεισάκτοι, *Virgines*, *Paulus Thebanus*, *Encratitae.*) [1])

§ 29.

Vita Ecclesiastica.

Cultus sacer Christianorum et ritus s.

In coetibus Christianis et societate mox exstitit *cultus* sacer *publicus.*

---

1) Cf. FLEURY, — CAVE — ARNOLD, scriptis a GIESELERO et HASIO laud. — NEANDER, *Denkwürdigkeiten.* I. II. — *Kircheng.* I. II. — BORSIUS, *de primorum hominum Christianorum vita privata.* Lugd. 1825.

Jesus privato cultu Deum, Patrem suum, prosequebatur et publice interfuit cultui s. Judaeorum. Ipse vero cultum sacrum discipulis non instituit, spiritualem Religionem docens, oppositam caerimoniis aliarum Religionum. Hinc cultum constitutum non habebant primi Christiani. — Templum Dei inerat ipsi homini et coetui Christiano, non externo fulgens splendore. Hac sententia ducti, Deo Jesuque deferebant cultum spiritualem, Judaismo oppositum.

Conventus tamen primum quotidiani, dein singulis diebus dominicis, invaluerunt inter Christianos, privatis in aedibus (*κατ' οἶκον.*) Tertio autem saeculo *aedes publicae* invaluerunt; Diocletiani jam tempore, pompa insignes. — In his libros sacros praelegebant, preces dicebant, psalmos et hymnos canebant. — Saeculo 2o. Episcopi et Presbyteri, peractis hymnis, loca e V. T., aut Epistolas, maxime Paulinas, interpretari coeperant, iisque Christianos ad virtutem exhortari.

In conventibus hisce mature invaluit *suggestus*, et ara (altare, s. mensa) ad celebrandam s. Coenam. — Imaginum vero usum arcebant, quo magis Ethnicis sese opponerent. Invaluerunt illa primum privatis in aedibus et accesserunt mox signa, s. symbola, annuli, columbae, piscis, navis, crucis, alia. Sic quidem pedetentim exstitit cultus sacer.

In illo simul invaluerunt *ritus sacri et Caerimoniae*. Non nisi duos instituit Jesus eosque simplicissimos ritus, *Baptismum* et *S. Coenam*, quae *κοινωνίαν* et significarent et promoverent spiritualem Christum inter et ejus socios, tum vero etiam mutuam inter illos. *Baptismi ritus*, pro libertate agendi inter Christianos, non eadem

ab omnibus administrabatur ratione. Primum immergendo, postea vero tingendo administrabatur. — Quo vero tempore Paedobaptismus invaluerit, certis testimoniis probari nequit. Constat tamen eum medio saeculo 3o., refragantibus nonnullis, ubivis fere fuisse receptum. Antea *Catechumeni* instituebantur ante, quam Baptismum susciperent, recitato Symbolo fidei et renuntiata Daemonum vi; unde deinceps *Exorcismus* fuit ortus. — Formula Baptismi e Jesu verbis recipiebatur (Matth. XXVIII: 19), quae continue adaugebatur. Recepto vero Paedobaptismo, *sponsores* et *patrini* desiderabantur et augebantur sensim ritus symbolici, uti chrisma, χειροθεσία, confirmatio, osculum fraternum. — Insignem Sacro fonti in condonandis peccatis tribuebant vim. Hinc solebant plurimi, saec. 2 et 3., sacri fontis usum procrastinare.

Sacrae Coenae, a Jesu institutae, multiplex usus erat in conventibus Christianorum, primum quotidianis, deinceps singulis diebus dominicis, nec vero minus in matrimonio celebrando et mortuorum memoria revocanda; unde postea, invalescente *sacrificii* notione, oblationes pro mortuis et martyribus fuerunt acceptae. — Habebatur enim illa Eucharistia, Deo oblata. Invalescente vero Paedobaptismo, pueris item sacram Coenam administrabant. Nonnunquam etiam aqua, loco vini, aut aqua vino mixta, utebantur.

Agapae, Apostolorum aetate, cum sacrae Coenae usu conjungebantur, ut mutuam inter se κοινωνίαν indicarent. Diu retinebatur hicce mos, qui egregios excitabat sensus religiosos; postquam vero vitiis laborare coepit, eum propterea neglexerunt Christiani.

Una cum *cultu sacro* invaluerunt simul *festi dies*

Christianorum. — Christo morem gerentes, omnes dies Deo dicatos habuerunt, nullo admisso dierum, vel temporum, discrimine. Verum conditio Christianorum, mox constituta, desiderabat tempora, cultui dicata. Sic *diei dominici* celebratio, a saeculo inde primo, jam invaluerat, licet eum non eodem, quo Sabbathum, haberent honore, neque a vitae consuetudine et exercitiis abstinerent prorsus. Postea vero, ut suam Religionem Judaismo opponerent Christiani, eum Sabbatho aequipararunt. Diem Mercurii et Veneris pie item celebrabant precibus et jejuniis.

Sensim increvit dierum festorum numerus. Christiani e Judaeis plerumque Judaeorum retinebant mores et in Religione ritus. Neque vel Jesus, vel Apostoli monuerant Christianos, qui desisterent ab avitis ritibus; verum mox illi vi sua destituebantur. Inter Ethnico-Christianos nulli primum celebrabantur dies festi: postea demum inter eos invaluerunt. In illis constituendis a Christi fatis fere processerunt, quae cum Judaeorum festis arcte convenire videbantur. Sic *Paschatis* festum ad Christianum consilium accommodabatur; sed de festi tempore constituendo dissentiebant Christiani. Duplex apud nonnullos celebrabatur Pascha, *σταυρώσιμον* et *ἀναστάσιμον*. Hinc lites, inter Christianos Asiaticos et Romanos, maxime inter *Polycarpum*, Episcopum Smyrnensem, et *Anicetem*, Episc. Rom. (160); deinceps inter *Victorem* et *Polycratem*, Episc. Rom. et Smyrn. (193), acriori contentione gestae.

Pentecostes festum a Judaeis recipiebatur, sed referebatur ad omne tempus intermedium Pascha inter et Pentecostes diem. Deinceps duo in hocce spatio primaria eligebant temporis momenta, diem sc. ascensionis Christi et effusionis Spiritus S.

Festum *Epiphaniae* Jesu, s. inaugurationis Jesu per baptismum, qua Messias prodiit, haece jam aetate celebrabatur; unde deinceps exstitit festum *Natalium Jesu.*

Hisce vero alia accesserunt festa et ritus publici, qui postea superstitionis exstiterunt fontes. Sic *Martyrum* veneratio in templis, et super eorum sepulcra laudationes habitae; *jejunia*, e Judaica Ecclesia oriunda, primum arbitraria, deinceps diebus Mercurii et Veneris constituta, et ulterius in Ecclesia Afro-Latina exculta; aliaque *symbola*, de quibus supra. [1])

A simpliciori igitur, eoque sublimiori et spirituali, cultu magis magisque recessit Societas Christiana, cujus tamen forma et ratio his ipsis stabiliebatur.

§ 30.

Disciplina Ecclesiastica.

Religio Christiana, quae homines et genus humanum instituere studet, et ad virtutem ducere, inprimis mores et vitam hominum regere sibi proposuit. Hinc e Christi et Apostolorum mandato cavet Societas, ne aut admittantur, aut ferantur, socii rudiores notitia vel moribus. Ita factum est, ut *disciplina Ecclesiastica* ab initio inde exerceretur.

In admittendis quidem *sociis* disciplinam q. d. minus exercebant Apostoli; verum increscente sociorum numero prudentia in hisce opus erat. Caerimoniis non-

1) Fontes, qui haecce explicant, plerumque habentur in Patrum scriptis, Monographiis et Antiquitatibus Christianis BINGHAMI, AUGUSTII et BINTERIMI, quos ut plurimum indicavit GIESELER, a. a. O. I. 187. ff. 301 ff. — De Symbolis Christianis cons. maxime: MÜNTER, *die alten Sinnbilder der Christen.*

nullis initiabantur, qui provectioris erant aetatis. Orta ita fuit Baptismi formula et abnegatio Diaboli et Exorcismus. Sed Catechumenis erat recondita *disciplina arcani*, ex ipsis Graecorum mysteriis repetita.

Inprimis vero *disciplina* exercebatur *erga peccantes* et *Lapsos*, ut ita Societatem Christianam, quantum possent, puram redderent a vitiis eaque morali satisfaceret consilio Regni Dei in hisce terris. Severior illa inprimis fuit in Ecclesia Afro-Latina erga poenitentes. Varii erant gradus poenitentiae publicae, maxime πρόσκλαυσις, ἀκρόασις, ὑπόπτωσις et σύστασις, inprimis *excommunicatio*, qua Diabolo, s. malo Daemoni, quibus subesse dicebantur Ethnici, reddebantur. Poenitentiae *stationes*, s. gradus, plures per annos perdurabant. Verum Martyrum libelli, s. *libelli pacis*, ad illam imminuendam valebant. Ita sane initia cernebantur erroris, quo externa disciplinae ratio locum tenuit internae emendationis. [1])

§ 31.

Ecclesia Catholica. — Schismata Ecclesiastica. Haereticae sectae.

Exstiterat pedetentim *Ecclesia Catholica*, magnam partem in variis regionibus sibi similis, cujus *Unitatem* docuerant Ecclesiae Patres et condiderant Episcopalis auctoritatis patroni, repraesentatione q. d. Ecclesiarum in Synodis constituta.

Suam vero auctoritatem stabilivit Eccl. illa Episco-

1) Cff. auctores laud. a GIESELERO l. l. § 69. § 307. maxime ROUTH. *Reliq. Sacrae.* — NEANDER, *K.-G.* I. 1. 346-359.

palis, obortis schismatibus et haeresibus, quibus variae sententiae, s. dogmaticae, s. practico-ecclesiasticae, agitabantur. Hinc exstiterunt *schismata ecclesiastica* et *sectae haereticae*.

I. *Schismata Ecclesiastica*, hic illic in coetibus oborta, exstiterunt fere cum e sententiis de disciplina ecclesiastica, s. laxioribus, s. severioribus, tum e pugna inter rationem Episcopalem et Presbyterianam. Systema Episcopale plerique Catholicae Ecclesiae doctores propugnabant, et, opportunitate eligendorum Episcoporum, excitabantur saepe lites de Lapsis, ad Ecclesiam admittendis.

1. *In Ecclesia* enim *Carthaginiensi schisma* exstitit *Felicissimi*. Cypriano adversus quinque in sua Dioecesi Presbyteros auctoritatem Episcopalem vindicante et, opportunitate Decianae persecutionis (250), Romam secesso, agebantur lites de Lapsis, quas frustra visitatione Ecclesiastica Episcoporum et Presbyterorum (251) sopire voluit. Hocce tempore *Felicissimus*, quem Novatus, unus e quinque Presbyteris, Diaconum creaverat, Ecclesiam schismaticam Carthagine condidit. Tandem Concilium Carthaginiense (251), mediam viam ingressum, lites sopivit, licet schismatica Ecclesia superfuerit, faventibus Episcopis nonnullis Africanis. Hi Fortunatum elegerunt Episcopum Carthaginiensem. Dominabantur tamen Cypriani partes, cui favebat Cornelius, Episc. Rom.

2. Eodem fere tempore in Ecclesia Romana viguit *Schisma Novatianorum*, quod agebatur de disciplina ecclesiastica et de Ecclesiae verae indole. — In Romana Ecclesia universe dominabatur laxior sententia, cui fa-

---

1) Rettberg *Thascius Caecilius Cyprianus, nach seinem Leben und Werken*, Gött. 1831. § 89. ff, qui et de Novatianis consulatur.

vebat Cornelius, Fabiano mortuo Episcopus electus (251). Contra vero severioris animi homines, duce Novato, homine polemico, qui Carthagine Romam venerat, *Novatianum*, Presbyterum, elegerunt Episcopum. Hic, severior in lapsos, societatem condere studuit, ab omni labe puram, καθαρõις constantem. Sententiam Ecclesiarum Alexandrinae, Antiochenae et Carthaginensis, suae oppositam, provocarunt. Sic schisma Novatianorum societatem condidit separatam, quae ad 5 usque saeculum superfuit, maxime in Romano Imperio, Gallia, Hispania, Africa, hic illic in Asia, uti in Phrygia. Commixti illi fuerunt Montanistis. —

Schismata vero *Meletianorum* (306) et *Donatistarum*, (310) in fine hujus aetatis exorta, rectius ad secundam Periodum, qua viguerunt, referuntur.

II. Uti vero Schismata exstiterunt Ecclesiastica, ita etiam per universam Ecclesiam, hac aetate, exstiterunt *sectae haereticae*, quae de dogmatibus dissentirent ab Ecclesia Catholica, uti *Judaeo-Christianorum*, *Gnosticorum*, *Manichaeorum* et *Monarchianorum*. Medias inter illos et hosce sectas condiderunt *Montanistae*.

1. *Judaeo-Christiani*, e Palaestina et coetibus Judaico-Christianis orti, plerumque sedem habuerunt in Palaestina. — Primorum coetuum referebant rationem, admissis ritibus nonnullis Mosaicis et Sabbathi veneratione. Neque tamen ceteroquin magnopere a ceteris discrepabant. — Nazaraei habitabant Paneam et Cochabam in Bathania; Ebionitae Nabatheam, Paneam, Moabitim, Cochabam, Cyprum. Ad saeculum usque quintum superfuisse videntur.

2. *Sectae Gnosticorum* variae per universam Eccle-

siam Orientalem, Graecam, Latinam, Afram adeo, fuerunt dispersae. — Ipsi plerumque Catholicis adscribi cupiebant, sed excommunicati haud raro sectas condiderunt. Primum quidem eos vix petebat persecutio, adversus Christianos instituta. Verum Manichaei potissimum diris obnoxii fuerunt persecutionibus in Romano Imperio, cum Persae, a quibus doctrinam repetierant, Romanis essent odiosi. In fine hujus aetatis Diocletianus Edictum dedit in eos (296).

Plurimae harum sectarum, saeculo 2 exortae, (*Basilidiani* ab aº. 125, *Valentiniani* ab a. 136, *Saturniniani* ab a. 170) ad quintum usque saeculum superfuerunt. *Ophitae* aº. 530 supererant. — Romae plurimi versabantur Gnostici, ubi excommunicabantur. *Marcionitae* tamen ibi doctrinam suam excoluerunt. — Magno numero in variis regionibus adfuerunt. Ita *Saturniniani* in Syria et alibi in Oriente (120), *Basilidiani* in Aegypto, in Hispania et alibi, *Tatianistae* in Syria, Mesopotamia, Asia Minori, Gallia et Hispania.

In plerisque Gnosticorum *sectis* aliae exstiterunt. Sic inter Ophitas *Caïnitae* et *Sethiani;* inter Carpocratianos *Antitactae* et *Prodiciani;* inter alios aliae.

Societas fere instituebatur apud Gnosticos eadem, atque in Ecclesia Catholica, ratione, a quibus inviti sejungebantur. Peculiarem tamen formam et regiminis rationem habuit apud *Manichaeos*, qui Manetem Ecclesiae Reformatorem habebant. Retulit illa in multis vim mysticismi orientalis. Duodecim instituit Apostolos Manes, quibus suberant 72 Episcopi, s. Presbyteri. Socios habuit duplicis generis: *auditores* (exotericos) et *electos* (esotericos.)

Spiritualis Gnosticorum doctrina vim habuit in *cultu Dei publico* apud eos. Cultum externum hominibus psychicis, spiritualem πνευματικοῖς, sufficere dixerunt. Mysteria divina externis ritibus significari negarunt. — Marcosiani cultum mysticum inducebant. Discernebant inter baptismum psychicum et pneumaticum. — Unctio post mortem ab Ophitis et Marcosiis instituebatur, ut a Demiurgi vi mortuos liberarent.

Marcionitae contra simplicitatem cultus primaevi Christiani sectabantur; cultum mysticum, aeque ac idealisticum, aversantes. Oppugnabant discrimen Missae Catehumenorum et Missae fidelium.

3. *Montanismus*, Orientalium more de Ecclesia puriori disputans, sectas peperit medias fere inter schismata ecclestiastica et sectas haereticas. — Separare sese ab Ecclesia Catholica noluit, sed tanquam Ecclesia spiritualis in Ecclesia carnali vivere maluit. Verum Montanistae, ab Episcopis et Consiliis excommunicati, peculiares condiderunt sectas. Plura de eorum caussa agebantur Concilia.

Coetus eorum haeretici a secundo inde saeculo ad sextum usque in Asia Minori habebantur, suam habentes peculiarem regiminis rationem. Verum, proscriptus in Oriente, Montanismus in Occidentem secessit, ubi primum admittebatur. At vero, post Praxeae Romam adventum (192), Latini eos ejecerunt ex Ecclesia. — Tandem, ducem nacti *Tertullianum*, tantam auctoritatem acceperunt in ipsa occidentali Ecclesia, ut peculiare schisma Ecclesiae nunquam constituerint; sed viverent Montanistae in media Ecclesia Latina.

Rigidiori *disciplina* invaluit illa Paracleti Ecclesia, in qua Prophetae ulteriora docebant et cujus externam

rationem pro varia temporum ratione mutandam censebant.

4. *Monarchianorum* sectae invaluerunt magis minusve, ab Ecclesia remotae, sed universe eandem rationem sequentes. 1)

Sic quidem Ecclesiae Catholicae auctoritas invaluit ipsis his schismatibus et haeresibus. Illa vero suos habebant asseclas, sive in una alterave urbe et regione, sive per universam Ecclesiam dispersos. Vel sic tamen singula illa valuerunt ad explicandam Ecclesiam Christianam; singulis fere hominum et gentium studiis, in variis regionibus dominantibus, accommodatam. Neque negari potest, diversitate illa sententiarum et institutorum vim Religionis Christianae moralem luculenter patuisse; quo factum, ut haecce doctrina esse inceperit *fermentum orbis terrarum.*

1) Cff. de omni hocce argumento auctores laudati supra (§ 19. sqq.) — *Acta Conciliorum* — *Scripta Patrum*, qui de iis egerunt s. l. — GIESELER et NEANDER. l. l. passim.

Spiritualis Gnosticorum doctrina vim habuit in ***cultu Dei publico*** apud eos. Cultum externum hominibus psychicis, spiritualem πνευματικοῖς, sufficere dixerunt. Mysteria divina externis ritibus significari negarunt. — Marcosiani cultum mysticum inducebant. Discernebant inter baptismum psychicum et pneumaticum. — Unctio post mortem ab Ophitis et Marcosiis instituebatur, ut a Demiurgi vi mortuos liberarent.

Marcionitae contra simplicitatem cultus primaevi Christiani sectabantur; cultum mysticum, aeque ac idealisticum, aversantes. Oppugnabant discrimen Missae Catehumenorum et Missae fidelium.

3. *Montanismus*, Orientalium more de Ecclesia puriori disputans, sectas peperit medias fere inter schismata ecclestiastica et sectas haereticas. — Separare sese ab Ecclesia Catholica noluit, sed tanquam Ecclesia spiritualis in Ecclesia carnali vivere maluit. Verum Montanistae, ab Episcopis et Consiliis excommunicati, peculiares condiderunt sectas. Plura de eorum caussa agebantur Concilia.

Coetus eorum haeretici a secundo inde saeculo ad sextum usque in Asia Minori habebantur, suam habentes peculiarem regiminis rationem. Verum, proscriptus in Oriente, Montanismus in Occidentem secessit, ubi primum admittebatur. At vero, post Praxeae Romam adventum (192), Latini eos ejecerunt ex Ecclesia. — Tandem, ducem nacti *Tertullianum*, tantam auctoritatem acceperunt in ipsa occidentali Ecclesia, ut peculiare schisma Ecclesiae nunquam constituerint; sed viverent Montanistae in media Ecclesia Latina.

Rigidiori *disciplina* invaluit illa Paracleti Ecclesia, in qua Prophetae ulteriora docebant et cujus externam

rationem pro varia temporum ratione mutandam censebant.

4. *Monarchianorum* sectae invaluerunt magis minusve, ab Ecclesia remotae, sed universe eandem rationem sequentes. [1])

Sic quidem Ecclesiae Catholicae auctoritas invaluit ipsis his schismatibus et haeresibus. Illa vero suos habebant asseclas, sive in una alterave urbe et regione, sive per universam Ecclesiam dispersos. Vel sic tamen singula illa valuerunt ad explicandam Ecclesiam Christianam; singulis fere hominum et gentium studiis, in variis regionibus dominantibus, accommodatam. Neque negari potest, diversitate illa sententiarum et institutorum vim Religionis Christianae moralem luculenter patuisse; quo factum, ut haecce doctrina esse inceperit *fermentum orbis terrarum.*

---

1) Cff. de omni hocce argumento auctores laudati supra (§ 19. sqq.) — *Acta Conciliorum* — *Scripta Patrum*, qui de iis egerunt s. l. — GIESELER et NEANDER. l. l. passim.

Periodus Secunda.

A CONSTANTINO M. AD MUHAMMEDEM ET GREGORIUM I.

312 — 600.

§ 32.

Periodi indoles.

Inceperat jam Religio Christiana per saecula suam exserere vim et conditionem gentium, cum moralem, tum reigiosam , commutare. Verum, opposita hominum erroribus, et ab hominibus accepta, Religio mox contaminata fuit vitiis humanis, neque plura perficere potuit. Hac autem aetate prodiit publicâ stabilita auctoritate, ita vero ut simul omnis Ecclesiae ratio magis magisque publica et politica esse coeperit. Hinc unitas Ecclesiae ad oligarchicam formam duxit Societatem, adhucdum aristocraticam. In illa tamen dominabantur studia maxime moralia. — Stabilita vero Ecclesia , in pejus nonnunquam ruit Religio, cujus doctrina ad disciplinae rationem in dies magis magisque exponebatur; simul vero illa vitam christianam et omnem omnino Societatem regere et moderari incepit.

Sectio Prima.

HISTORIA PUBLICA RELIGIONIS CHRISTIANAE.

Stabilita et propagata Religio

§ 33.

Sectionis argumentum.

Mutata fuit hac aetate magnopere *Orbis* antiqui *conditio.* Primum quidem Constantinus Romana studia orientalibus junxit. Imperii sedem Roma Byzantium transtulit et orientalem induxit rationem, quam in dies magis magisque sectati sunt Successores, sub quibus misera exstitit Romano-Byzantini Imperii, ad exitum vergentis, conditio. Illo vero sub Arcadio et Honorio scisso (395), superfuit regnum orientale, s. Byzantinum; occidentale autem, s. Romanum, sub Augustulo esse desiit. Romanos enim exceperunt Gentes barbarae, quae, e plagis orientalibus in Europam septentrionalem et occidentalem advenae, tandem post diversas expeditiones varia condiderunt Regna, e quibus Franci mox ad majorem accedebant auctoritatem.

Jam vero antea in Orbe antiquo, Constantino auctore,

ad publicam accessit *in Imperio Romano-Byzantino* auctoritatem *Religio Christiana*, adeo ut sub ejus Successoribus, post irritos Juliani Imperatoris conatus, Polytheismi locum occupaverit et victrix illius fuerit in Imperio caussa.

Verum Orbis antiqui gentes *populis Neo-Europaeis* eam tradere inceperunt. Gentes autem barbarae primum quidem avitae suae Religionis patronos sese gesserunt. Mox vero gentes illae nomadicae, patriis Diis minus addictae, facile Religionem Chr., saltem quoad formam, acceperunt; haud raro caussis politicis eo inductae. Pari ratione a fide Ariana plerumque transierunt ad Ecclesiam Catholicam, quae Italiam, Hispaniam, Galliam, Angliam sibi fere addictam tenuit, exeunte hacce aetate, plurimosque in Germania habuit socios. Inter hasce gentes Religionem propagarunt cum Politici, tum Monachi, opportunitatibus usi, sive politicis, e barbara gentium conditione ductis, s. hierarchicis, s. domesticis.

Minus prospere *in Oriente* processit Religio Chr., licet saec. 4 in Armeniam, Aethiopiam et Iberiam, saec. 6 inter Asiaticas gentes nonnullas penetraverit. In Persia contra, Rege *Sapore*, diris saepe persecutionibus obnoxii fuerunt Christiani.

Ea igitur Europae pars, in qua viguerant Orbis antiqui gentes, profligato Ethnicismo, sedes exstitit Christiana, eamque Religionem gentibus Neo-Europaeis tradiderunt historiae antiquae populi. [1])

---

1) Cf. prae ceteris GIBBON l. l. L. V et VI. —

§ 34

Religio Christiana, Constantino *auctore*, *publica auctoritate sancita*.

312 — 337.

Quae obtinuit, a saec. inde 4, *Orbis antiqui* in Imperio Romano *commutatio*, arcte fuit conjuncta cum Religionis Monotheisticae, quae sensim sese generi humano commendabat, de Polytheismo reportata victoria.

Quippe distributo inter varios Augustos et Caesares Imperio Romano, Constantinus Magnus, Constantii Chlori et Helenae filius, jam antea Augustus (Caesar) in Britannia creatus (306), ceteros Augustos, Maximianum, Galerium, Maxentium et Maximinum sive vicit, sive eorum mortuorum partes in se suscepit, (310-313); tandem ipsum Licinium superavit (323), quo tempore ipse, solus Imperator creatus, Imperium Romano-Byzantinum tenuit ad mortem usque (337). [1])

Uti vero pater ejus, Constantius, in occidentali Imperii parte multa jam instituerat in gratiam Christianorum, ita Constantinus quatuor potissimum *Edictis* eorum conditionem emendavit magnopere, dubia etiam nunc in nonnullis Imperii partibus Christianae Religionis conditione. — *Primum* in Britannia et Gallia (306) pacem conciliavit Christianis, ita tamen, ut, ipse Eclecticus, una cum Diis verum Deum coleret. Simul vero eodem tempore Maximianus et Maxentius, Augusti in Africa et Italia, finem fecerunt persecutionibus. Maximianus autem non nisi per aliquot menses pacem, a Galerio

---

1) *Hist. Eccl. Graeci Scriptores* (EUSEBIUS, SOCRATES cet.)

ante mortem (311) Christianis concessam, turbavit. — *Postea* vero, subacto Maxentio, una cum Licinio (312) decretum dedit, quo libertas iis concederetur; ita tamen, ut nemini in posterum liceret Religionem mutare. Hancce libertatem Edicto Mediolanensi, (313.) nullis limitibus circumscriptam, uterque Augustus in omni Imperio concessit; licet postea Licinius in sua ditione nonnulla iis ademerit jura; quo factum, ut qui tolerabantur antea, nunc *jura acciperent*, eaque paria iis, quae avitae erant Religionis. *Deinde*, devicto Licinio (323), solus Imperator salutatus, publice sese Christianum professus est, dubio non amplius ductus animo erga Religionem Christianam, quam *publicam Imperii Religionem* constituit. Roma Constantinopolin secessit eamque urbem Religioni Chr. dicavit. *Tandem* (333) *Ethnicorum Religionem turbare* et prohibere studuit.

Quam si explicare velimus agendi rationem Constantini, neque uni miri studio, neque politicis tantum caussis, neque persuasioni religiosae unice illam tribuamus, oportet. Dubia enim ipsius de Religione Christiana mens, quam puerilis et juvenilis institutio excitaverat, primum una cum Diis verum Deum coluisse videtur. Postea vero valuerunt vitae περιστάσεις, crucis signum et victoriae de aemulis reportatae, quas Deo vero acceptas retulit, ad ei persuadendum de veritate Religionis Christianae. — Mixta illa Ethnicae et Christianae Religionis ratio, quae diu in ipso superfuit, satis superque valet ad ejus mores et procrastinatum ad vitae finem usque baptismum explicandum. [1])

1) Cff. EUSEBII et cet. *Hist. Eccl. Scriptores Graeci* — *Acta Conc.* —

§ 35.

Religio Christiana, *Philosophiae et Religionis Neo-platonicae victrix.* 337 – 600.

Imperium Romano-Byzantinum, mortuo Constantino (337), tres ejus filii tenuerunt. Mortuis vero Constantino II (340) et Constante (350), solus Constantius (ad 361) regnum administravit. Successit huic **Julianus** (361-363), quem exceperunt Jovianus (363-364), Valentinianus in Occidente (364-375), Valens in Oriente (363-378), postea **Theodosius** in Oriente (378) et **Gratianus** in Occidente (375-383), cui successit Valentinianus II. (384-392). Tum vero Theodosius omne tenuit Imperium (392-395); quo mortuo scissum fuit Regnum Orientis et Occidentis sub Honorio in Occidente (395-408), et Arcadio in Oriente (395-423). Superfuit per plurima saecula regnum illud Byzantinum; Romanum vero, post varia fata (475), Romulo Augustulo regnante, esse desiit. Quibus sane temporibus miserrima fuit Imperii conditio. [1])

Vel sic tamen laetior universe exstitit Christianorum

Codex Theodosianus — ceterique Hist. Gr. et Lat. (a. GIESELERO l. l. I. 337, 338.) E recentioribus potissimum, praeter GIBBONUM l. l., BALDUINUS, *Constantinus M.* Hal. 1727. — MANSO, *Leben Const.* Bresl. 1817. — MARTINI, *über die Einführung der Christ. Religion als Staats-Religion im Röm. Reiche.* Münch. 1813. — N. C. KIST, *de Commutatione, quam Constantino auctore Societas subiit Christiana*, Tr. ad Rh. 1817. — HUG, *Denkschr. zur Ehrenrettung Const.* in *Zeitschr. f. d. Geistl. des Erzbisth. Freiburgs*, Freiburg, 1829. Hft. 3. — ARENDT, *über Const. und sein Verhältniss zum Christ.* in *Theol. Quartalschr.* 1834. III. 387. — STRESO, *Constantyn en Charlemagne.*

1) Cf. GIBBON l. l. ceterique Historici Imperii Romani — KOCH, *Comment. de Calamitatibus, ab a.* 395-571. — in *Annal. Acad. Gron.* 1824.

ante mortem (311) Christianis concessam, turbavit. — *Postea* vero, subacto Maxentio, una cum Licinio (312) decretum dedit, quo libertas iis concederetur; ita tamen, ut nemini in posterum liceret Religionem mutare. Hancce libertatem Edicto Mediolanensi, (313.) nullis limitibus circumscriptam, uterque Augustus in omni Imperio concessit; licet postea Licinius in sua ditione nonnulla iis ademerit jura; quo factum, ut qui tolerabantur antea, nunc *jura acciperent*, eaque paria iis, quae avitae erant Religionis. *Deinde*, devicto Licinio (323), solus Imperator salutatus, publice sese Christianum professus est, dubio non amplius ductus animo erga Religionem Christianam, quam *publicam Imperii Religionem* constituit. Roma Constantinopolin secessit eamque urbem Religioni Chr. dicavit. *Tandem* (333) *Ethnicorum Religionem turbare* et prohibere studuit.

Quam si explicare velimus agendi rationem Constantini, neque uni miri studio, neque politicis tantum caussis, neque persuasioni religiosae unice illam tribuamus, oportet. Dubia enim ipsius de Religione Christiana mens, quam puerilis et juvenilis institutio excitaverat, primum una cum Diis verum Deum coluisse videtur. Postea vero valuerunt vitae περιστάσεις, crucis signum et victoriae de aemulis reportatae, quas Deo vero acceptas retulit, ad ei persuadendum de veritate Religionis Christianae. — Mixta illa Ethnicae et Christianae Religionis ratio, quae diu in ipso superfuit, satis superque valet ad ejus mores et procrastinatum ad vitae finem usque baptismum explicandum. [1])

1) Cff. EUSEBII et cet. *Hist. Eccl. Scriptores Graeci* — *Acta Conc.* —

§ 35.

Religio Christiana, *Philosophiae et Religionis Neo-platonicae victrix.* 337 – 600.

Imperium Romano-Byzantinum, mortuo Constantino (337), tres ejus filii tenuerunt. Mortuis vero Constantino II (340) et Constante (350), solus Constantius (ad 361) regnum administravit. Successit huic Julianus (361-363), quem exceperunt Jovianus (363-364), Valentinianus in Occidente (364-375), Valens in Oriente (363-378), postea Theodosius in Oriente (378) et Gratianus in Occidente (375-383), cui successit Valentinianus II. (384-392). Tum vero Theodosius omne tenuit Imperium (392-395); quo mortuo scissum fuit Regnum Orientis et Occidentis sub Honorio in Occidente (395-408), et Arcadio in Oriente (395-423). Superfuit per plurima saecula regnum illud Byzantinum; Romanum vero, post varia fata (475), Romulo Augustulo regnante, esse desiit. Quibus sane temporibus miserrima fuit Imperii conditio. [1])

Vel sic tamen laetior universe exstitit Christianorum

Codex Theodosianus — ceterique Hist. Gr. et Lat. (a. GIESELERO l. l. I. 337, 338.) E recentioribus potissimum, praeter GIBBONUM l. l., BALDUINUS, *Constantinus M.* Hal. 1727. — MANSO, *Leben Const.* Bresl. 1817. — MARTINI, *über die Einführung der Christ. Religion als Staats-Religion im Röm. Reiche.* Münch. 1813. — N. C. KIST, *de Commutatione, quam Constantino auctore Societas subiit Christiana*, Tr. ad Rh. 1817. — HUG, *Denkschr. zur Ehrenrettung Const.* in *Zeitschr. f. d. Geistl. des Erzbisth. Freiburgs*, Freiburg, 1829. Hft. 3. — ARENDT, *über Const. und sein Verhältniss zum Christ.* in *Theol. Quartalschr.* 1834. III. 387. — STREJO, *Constantyn en Charlemagne.*

1) Cf. GIBBON l. l. ceterique Historici Imperii Romani — KOCH, *Comment. de Calamitatibus, ab a.* 395-571. — in *Annal. Acad. Gron.* 1824.

conditio. *Constantini filii*, Patris imitati exemplum, ipsam Ethnicam Religionem profligare tentabant. Julianus autem indole, institutione, vitae fatis et consuetudine, adversarius exstitit Christianorum et Christianae Religionis (361). Neo-platonicorum Religionem, puriorem illam et magis quam antea spiritualem, ejus loco substituere tentabat; quapropter instauravit Idolorum cultum, Judaeis templum restituendi veniam dedit, ipsamque profligare studuit Religionem Christianam. [1])

Frustravit vero ultimos hosce conatus, provida Dei curâ, ipsius Juliani mors. Insequentium Imperatorum, maxime Theodosii, pronus fuit in Religionem Christianam animus. Pugna ab ea agebatur cum Ethnicismo, maxime cum Magis et Idolorum templis. Deinceps etiam titulis civilibus et militaribus privabantur Ethnici. In hisce juribus augendis processerunt continue Theodosius II, Valentinianus III, Justinianus I (527-562), adeo quidem, ut victoriam sensim reportaret in Romano-Byzantino Imperio Religio Christiana ipsaque Ethnicae Religionis et Neoplatonicae Philosophiae locum occuparet. *Pagani* abhinc dicebantur Ethnici, qui variis in locis diu superfuerunt, ultimae Ethnicismi reliquiae. [2])

---

1) Legantur de Juliano, maxime JULIANI *Epistolae*. — *Hist. Eccl. Gr.*, — GREGORII NAZIANZENI cet. Scripta. — NEANDER, *über den Kaiser Julian und sein Zeitalter*. Leipz. 1812. — C. H. VAN HERWERDEN, *de Julian. Imp. Rel. Chr. hoste eodemque vindice*, Lugd. Bat. 1827. — WIGGERS, *Julian der Abtrünnige, ein Verfolger des Christenth. und der Christen.* in ILLGENS *Zeitschr. f. d. hist. Theologie.* Neue Folge. II: 118-158.

2) STUFFKEN, *de Theodosio M. in rem Christianam meritis*. Lugd. 1828. — Peculiares fontes vid. ap. GIESELER l. l. I. § 354. — RÜDIGER, *de statu et conditione Paganorum sub Imperatoribus post Constantinum*. Bresl. 1825. — De nomine: *Pagani* cs. GOTHOFREDUS *ad Cod. Theodos.* l. 16. t. 10.

§ 36.

Religio Christiana in Asia et Africa propagata.

Extra Imperium Romanum hic illic, Romano-Byzantinorum cura ac labore, propagabatur Religio Christiana. In *Asia* et *Africa* superfuit, ubi superiori Periodo erat condita, Ecclesia Chr. Nec vero minus hacce aetate mercaturae commercio, Monachorum labore et Christianis, tempore persecutionis Diocletianeae in Orientem fugatis, aliisque subsidiis penetravit illa in alias Orientis regiones. — Prae ceteris inter nonnullas hasce gentes floruerunt Gregorius Illuminator et Theophilus Indus, Orientis hac aetate Apostoli.

Inter *Persas* Constantinus Religionem commendabat; verum cum odium Persarum erga Romanos, tum Magi, uti et Judaei inter Persas, diras Christianis excitabant perpessiones, rege Sapore (343, 344) et potissimum 418-448.

In *Armenia* Parsismus diu obstitit Religioni Christianae. Maxime vero auctore Gregorio Illuminatore Ecclesia Armenica, saec. 4, fuit constituta. Praeterea gentes Asiaticae ad Caucasum eam acceperunt; in his *Iberi* a Constantinopolitanis et saec. 6, Justiniano favente, *Lesgi*, *Abasgi*, *Alani*.

Inter *Indos* et *Arabes*, saec. 4, Theophilus Indus inprimis operam praestitit; in hisce simul magnam vim habuerunt Monachi Hilarion et Symeon Stilites.

In *Africa* ab Alexandrinis Evangelium acceperunt *Abyssinii* (Aethiopes), opera Frumentii et Theophili Indi (326). Huic vero Ecclesiae, quae ad hunc usque diem superest, nascenti nocuerunt lites inter Arianos et Athanasianos.

conditio. *Constantini filii*, Patris imitati exemplum, ipsam Ethnicam Religionem profligare tentabant. Julianus autem indole, institutione, vitae fatis et consuetudine, adversarius exstitit Christianorum et Christianae Religionis (361). Neo-platonicorum Religionem, puriorem illam et magis quam antea spiritualem, ejus loco substituere tentabat; quapropter instauravit Idolorum cultum, Judaeis templum restituendi veniam dedit, ipsamque profligare studuit Religionem Christianam. [1])

Frustravit vero ultimos hosce conatus, provida Dei curâ, ipsius Juliani mors. Insequentium Imperatorum, maxime Theodosii, pronus fuit in Religionem Christianam animus. Pugna ab ea agebatur cum Ethnicismo, maxime cum Magis et Idolorum templis. Deinceps etiam titulis civilibus et militaribus privabantur Ethnici. In hisce juribus augendis processerunt continue Theodosius II, Valentinianus III, Justinianus I (527-562), adeo quidem, ut victoriam sensim reportaret in Romano-Byzantino Imperio Religio Christiana ipsaque Ethnicae Religionis et Neoplatonicae Philosophiae locum occuparet. *Pagani* abhinc dicebantur Ethnici, qui variis in locis diu superfuerunt, ultimae Ethnicismi reliquiae. [2])

---

1) Legantur de Juliano, maxime JULIANI *Epistolae.* — *Hist. Eccl. Gr.*, — GREGORII NAZIANZENI cet. Scripta. — NEANDER, *über den Kaiser Julian und sein Zeitalter.* Leipz. 1812. — C. H. VAN HERWERDEN, *de Julian. Imp. Rel. Chr. hoste eodemque vindice*, Lugd. Bat. 1827. — WIGGERS, *Julian der Abtrünnige, ein Verfolger des Christenth. und der Christen.* in ILLGENS *Zeitschr. f. d. hist. Theologie.* Neue Folge. II: 118-158.

2) STUFFKEN, *de Theodosio M. in rem Christianam meritis.* Lugd. 1828. — Peculiares fontes vid. ap. GIESELER l. l. I. § 354. — RÜDIGER, *de statu et conditione Paganorum sub Imperatoribus post Constantinum.* Bresl. 1825. — De nomine: *Pagani* cs. GOTHOFREDUS *ad Cod. Theodos.* l. 16. t. 10.

§ 36.

Religio Christiana in Asia et Africa propagata.

Extra Imperium Romanum hic illic, Romano-Byzantinorum cura ac labore, propagabatur Religio Christiana. In *Asia* et *Africa* superfuit, ubi superiori Periodo erat condita, Ecclesia Chr. Nec vero minus hacce aetate mercaturae commercio, Monachorum labore et Christianis, tempore persecutionis Diocletianeae in Orientem fugatis, aliisque subsidiis penetravit illa in alias Orientis regiones. — Prae ceteris inter nonnullas hasce gentes floruerunt Gregorius Illuminator et Theophilus Indus, Orientis hac aetate Apostoli.

Inter *Persas* Constantinus Religionem commendabat; verum cum odium Persarum erga Romanos, tum Magi, uti et Judaei inter Persas, diras Christianis excitabant perpessiones, rege Sapore (343, 344) et potissimum 418-448.

In *Armenia* Parsismus diu obstitit Religioni Christianae. Maxime vero auctore Gregorio Illuminatore Ecclesia Armenica, saec. 4, fuit constituta. Praeterea gentes Asiaticae ad Caucasum eam acceperunt; in his *Iberi* a Constantinopolitanis et saec. 6, Justiniano favente, *Lesgi*, *Abasgi*, *Alani*.

Inter *Indos* et *Arabes*, saec. 4, Theophilus Indus inprimis operam praestitit; in hisce simul magnam vim habuerunt Monachi Hilarion et Symeon Stilites.

In *Africa* ab Alexandrinis Evangelium acceperunt *Abyssinii* (Aethiopes), opera Frumentii et Theophili Indi (326). Huic vero Ecclesiae, quae ad hunc usque diem superest, nascenti nocuerunt lites inter Arianos et Athanasianos.

§ 37.

Religio Christiana ab orbe antiquo Gentibus Neo-Europaeis tradita. 1)

Ultima recensuimus Imperii Romani fata. Ad exitum vergebat illud, quod Orientem versus, inde a Constantini tempore, tetenderat; occidentales regiones mox relicturum gentibus Neo-Europaeis. Haec igitur Periodus certamen indicat inter orbem antiquum et recentiorem. Praeparatur medium q. d. aevum.

Ex Asia processisse videntur *gentes barbarae*, quae Europam septentrionalem et orientalem occuparunt. Propulerant jam antea alii Hunnos ex Asia in Europam; postea hi Gothos, Gothi Vandalos et Alanos Pannoniam versus fugarunt. Tandem Hunni convertebantur ad Danubium et Gothi in Thraciam, unde continuo in Romanum Imperium irrumpebant. — Sic Visigothi, duce Alarico (400), in Italiam irruperunt; deinceps Suevi, Vandali, Alani (406) Italiam, postea Galliam (409) et Hispaniam invaserunt. Alaricus vero, in Italiam redux, Romam devastavit (410).

Post varias hasce gentium, fere nomadicarum, excursiones, sensim paulatimque regna constituebantur; *Visigothorum* in Aquitania secunda, s. Gallia meridionali, et postea in Hispania; *Burgundionum* in Germania Rhenana inferiori; *Francorum* in Gallia secunda, s. Gallia Belgica, Germania Rhenana septentrionali et tandem per

---

1) Cs. maxime PLANCK, *Gesch. der Gesellsch.-Verf.* I. II. — WALCH *Ketzer — Historie;* II, 553 ff. — BOUQUET, *Rerum Gall. et Francic. Scriptores*, II. —

Galliam universam; *Vandalorum* in Hispania et Africa; *Anglo-Saxonum* in Britannia; *Ostrogothorum* in Italia; saec. vero 6, *Longobardi* occuparunt magnam Italiae partem.

Cum hisce autem gentibus, sua primum sacra colentibus et Christianos oppugnantibus, doctrinam Christianam Orbis antiqui populi communicabant; ita quidem, ut primum pleraeque acciperent fidem Arianam, quam mox deserebant, Latinae Ecclesiae et Catholicae doctrinae addictae.

Incepit propagatio Religionis Christianae a meridionalibus Europae regionibus. *Visigothi*, qui jam saec. quarto fidem acceperant Christianam, per Italiam, Galliam et Hispaniam expeditiones suscipientes, tradiderunt *Ostrogothis*, *Vandalis*, *Burgundionibus* et *Suevis* fidem Arianam, quam, Latinae Ecclesiae ope, accepta fide Catholica, missam fecerunt.

Ita quidem in plurimis regionibus antiqui incolae, Catholicam fidem profitentes, commiscebantur cum invadentibus gentibus iisque Arianis, adeo ut ad fidem Christianam pervenerit *Hispania* ab a⁰. 450, *Gallia* (496), *Anglia* (597), *Italia* (567), quique ita hostes primum videbantur Religionis Christianae, publice eam professi sunt. Politica vero gentium ratio in hacce Religionis Christianae propagatione inprimis est attendenda et facile caussas indicat, e quibus, moderante Deo, illa Religionis commutatio est explicanda.

§ 38.

Europa, quatenus Christiana?

Quaquaversus patuit Orbis Latini in fine historiae an-

tiquae in Europa et Asia auctoritas: misso Polytheismo stabilita fuit caussa Christiana. Europa Latina Ethnica esse desiit, Christiana exstitit. Arctissime conjuncta fuit Religionis haecce commutatio cum transitu Europae a Latina ad Germanicam rationem, in quo cernitur Europaeorum ad meliorem, eamque moralem, rationem, ad novam veluti vitam, progressio, licet inculta apparuerit gentium conditio. Verum trans Rhenum et Danubium dominabatur etiamnunc Polytheismus. — Nec vero minus in hisce veneramur Divini Numinis curam, quae gentium conditionem et temporum opportunitates ita gubernavit, ut suam ageret inter homines caussam. — Patet vero ita simul, quomodo Orbis antiquus locum fecerit aevo medio, s. orbi recentiori.

Sectio Secunda.

HISTORIA SOCIETATIS ET HIERARCHIAE CHRISTIANAE

Societas aristocratico-oligarchica.

§ 39.

Sectionis argumentum.

Quae exstiterat antea, *stabilita* fuit, hac maxime aetate, *Societas* Christiana, *Politices ope.* Cum enim arctissimum haberetur antea vinculum Religionem inter et Imperium civile, hanc sibi auctoritatem vindicavit Constantinus, eamque facile concesserunt Episcopi, adeo

ut summam in Ecclesia vim exsererent Imperatores. Simul vero *Laicorum*, qui in dies juribus destituebantur, magis magisque obtinuit a Clericis discrimen. Increvit ita *Clerus* divitiis, immunitatibus, honore et dignitate, uti et sociorum et Ordinum minorum numero, qui sensim ad unum corpus referebantur. In Episcopis vero quatuor potissimum sese extulerunt Patriarchae, quorum unus, Romanus ille, prae ceteris auctoritate invaluit et cum uno fere de suprema in Ecclesia auctoritate dimicavit Patriarcha, Constantinopolitano, usus insignibus, quae eo valerent, opportunitatibus.

Enata hinc *Hierarchia* Christiana, ab aristocratica ad oligarchicam *formam* transiit Societas. Distributa fuit illa in coetus, cum urbanos, tum rurales, Dioeceses, et Metropolitanatus, quibus accesserunt Patriarchatus.

Commutatam illam Societatis conditionem cernimus in ipsorum *Conciliorum* commutatione. Provincialibus enim Synodis accesserunt Oecumenicae, a Nicaena inde exortae (325), quae Ecclesiae leges dederunt, Canonibus et eorum collectionibus asservatas. *Jurisdictionem* maxime exserebat Ecclesia privilegio fori. *Fiscus* vero Ecclesiarum in dies, maxime donis, ipsis concessis, augebatur.

Societas haec vi Religionis morali *vitam hominum* moderabatur. Vitiis autem, in media Societate grassantibus, sese opposuerunt Christiani, atque Theologi, meliora sapientes, nec vero minus *Monachi*. — Hi enim ex Ascetis et Eremytis orti sunt, auctoribus Antonio, Pachomio, Hilarione, aliis, qui certis regulis eos adstringebant. Basilii regula in Oriente invaluit. Monachis accesserunt Moniales. Verum uti antea, auctore Athanasio (350) et Martino Turonensi (279); ita

maxime auctore Benedicto Nursino (549), ad Occidentem transiit vita Monachica et longe lateque per Europam propagabatur. Opposuit sese haecce Societas aevi erroribus nonnullis, alios vero in suo sinu fovit. E Laicis progredientes, Monachi, quorum vitam nonnulli inter Christianos habuerunt veram Philosophiam, sensim ad Clerum transierunt.

Hujus vero Societatis *cultus publicus*, quem nonnulli ad spiritualem indolem reducere tentarunt, universe a simplicitate vere Christiana ad pompam transiit Orientalem, Constantino potissimum auctore, quum e Gentium cultu plura ad eum transferrentur. Patuit illa maxime cultus ratio in locis, cultui dicatis, in diebus festis, non Deo tantum et Jesui, sed Mariae et omnibus Sanctis dicatis, in Baptismi et S. Coenae celebratione, maxime Missae doctrina et Canone, aliisque, quibus cum Mythologia Christiana fuit enata, tum superstitio adaucta. — In dies severior exerceri desiit *disciplina ecclesiastica*, magnam partem occupata in Sectis dijudicandis.

In ipsa vero haece Ecclesia exstiterunt *Schismata ecclesiastica*, inprimis *Meletianum* (ab a° 306 ad s. V.) et *Donatistarum* (ab a° 315). Verum haec, uti et minoris momenti Schismata, quae in Romana Ecclesia exstiterunt, Ecclesiae Catholicae victoriam eripere nequaquam valuerunt. Haec in dies magis magisque constituebatur.

§ 40.

Societas Christiana politice stabilita.

Quae in media Societate civili et politica exstiterat *Societas Christiana*, indolis prorsus moralis, numero sociorum in dies increscens, magis magisque *stabilie-*

batur, potissimum Politices ope. Imperatores enim, Constantino auctore, stabiliorem reddiderunt, quae sua sponte enata fuerat Societas religiosa.

Cum enim Christiana Religio, tanquam Imperii Religio, publicam accepisset auctoritatem, vinculum obtinuit arctissimum Imperium inter et Ecclesiam. Sibi invicem opposita videbantur. Haec illud moderari incepit ipsamque hominum vitam civilem et politicam regere instituit. Penetravit ita uberius illa in Orbem politicum.

Nec vero minus libera antea Ecclesia potestate civili regebatur. Valuit *Imperii jus in sacra.* Quam enim potestatem exseruerant antea in Religione Ethnica Imperatores (Pontifices Maximi), hanc in ipsam transtulerunt Societatem Christianam. Sese habebant vindices Theocratiae Christianae, cujus notio e Judaismo in Christianismum transierat. Quocirca facile eam auctoritatem concesserunt Episcopi. Neque tamen illa praesidium habuit in Constantini dicto, se esse Episcopum *τῶν ἐκτός τῆς ἐκκλησίας.*

Alii tamen eam, civilem magis et politicam, quam moralem, Ecclesiae Christianae conditionem oppugnarunt. — Praeterea in Ecclesia occidentali huic auctoritati Imperatorum sese opposuerunt Epp. Romani. Liberior illa mansit a vi politica, quam orientalis-Byzantina Ecclesia.

§ 41

Hierarchiae origines. — Clerus. — Regimen Societatis. [1])

Ad stabiliendam Societatis Christianae conditionem

---

1) Cf. BINGHAMI, PLANCKII, ZIEGLERI et GIBBONI scripta, supra l. — de immunitatibus Cleri maxime *Cod. Theodos.* l. 16. t. 2. l. 1 et 2.

inprimis invaluit *interna* ejus *ratio*, magisque in dies constituta *Hierarchia.* Theocratiam Christianam instaurare studuerunt in orientali Ecclesia Imperatores et Clerici; in occidentali potissimum vis Hierarchiae.

Quo magis enim Laici, a Clero distincti, juribus suis privabantur, eo magis ipse *Clerus* increvit continuo divitiis, immunitatibus, honore et dignitate. Tandem vestitu a Laicis sese distinguebant Clerici. Coelibatum Clericorum commendarunt studia ascetico-hierarchica in Synodo Elvirae (305), Ancyrae (314) et Nicaeae (323), lege ecclesiastica eum probante Siricio, Ep. Rom. (385), improbante, uti Nicaeae *Paphnutio*, ita postea *Joviniano* et *Vigilantio.*

Clericorum haecce jura et privilegia plurimos ad Clerum allicuerunt. Augebatur in dies eorum *numerus*, Abrogabantur *Diaconissae*, antea Clero adscriptae. Contra constituebantur in iis *Ordines minores*, (*Syncelli*, *Notarii*, *Chartularii*, *Parabolani*). Referebantur cuncti illi ad unum ordinem: *Clerum*, cujus relinquendi venia non dabatur.

Potissimum autem increvit *Episcoporum auctoritas.* Sublatis Chorepiscopis, auctoritate invaluerunt *Dioecesani*, qui illorum loco Visitatores (περιοδεύτας) instituebant. Ad rationem distributionis civilis, *Metropolitarum* auctoritas subesse coepit *Patriarchis.* Horum quatuor prae ceteris in variis Imperii partibus invaluerunt; *Romae*, *Alexandriae*, *Antiochiae*, in Concilio Nicaeno (325) auctoritate suprema sanciti; et *Constan-*

---

et notae GOTHOFREDI; de coelibatu: CALIXTUS, *de conjugio Clericorum* et maxime THEINER, *Gesch. der Einführ. der Ehelosigkeit* V. I.

tinopolitano, cui, condita Roma nova, ordo assignabatur post Ep. Rom. (381). Hisce, honoris causa, accessit *Hierosolymitanus* in Concilio Nicaeno et Chalcedonensi (325, 451.) — Veruntamen in orientali Ecclesia *Cyprensis* Ecclesia suam vindicabat auctoritatem, uti Ecclesia *Africana* septentrionalis, misso Patriarchae titulo, *Ecclesia primae sedis* dici voluit. — Cunctis illis Patriarchis proprium fuit dominandi studium, quod tamen sua singuli ratione exserebant. Vim suam maxime ab urbibus, quas habitabant, repetebant, variamque illarum rationem referebant.

Prae ceteris vero retulit, per universam hancce aetatem, *Papa Romanus* indolem prorsus Latinam. Usus insignibus, quae aderant, opportunitatibus, in urbe orbis primaria, Cathedram Petri occupabat, unusque ille in Occidente Episcopus auctoritate invaluit prae ceteris Patriarchis, omnemque regebat Ecclesiam occidentalem Europaeam, dum ipsi etiam Orientales in litibus dirimendis ad illius provocabant judicium. Contendebat maxime cum Constant. Episc. Memorandi sunt potissimum Julius I. (337, †352,) Siricius (†398.) Innocentius I. (†417), maxime Leo I. s. Magnus (440-461) —

Quibus quidem Clericis majorem continuo in Magistratus, Imperatores et res civiles exserentibus auctoritatem, haud raro benificam, Ecclesia et Imperium sibi invicem opponebantur. Sic factum est, ut constituto a Clero regimine Societatis, *enata* fuerit *Hierarchia Christiana*

§ 42.

Societatis Christianae forma, ratio, distributio.

Quae antea fuerat aristocratica Societatis *forma*, sensim, Patriarcharum ope, ad *oligarchicam* transiit. Distribuebatur autem Societas in *coetus*, cum rurales, tum urbanos, ubi dabantur Ecclesiae Cathedrales et Parochiales; — in *Dioeceses*, sublatis Chorepiscopis; — in *Metropolitanatus*; — tandem in *Patriarchatus*, hac aetate exortos, quibus in quinque partes dividebatur Ecclesia Catholica, praeter Africanam Ecclesiam.

Formam Societatis constituerunt quam maxime *Concilia*, s. *Synodi*, quae Senatus retulerunt ecclesiasticos. Synodis Provincialibus, ubivis vigentibus, accesserunt *Synodi Oecumenicae*, primum opportunitate litium Arianarum, mox post constitutam publicam Religionis auctoritatem exortae. Hisce una sensim instituebatur in orbe Romano - Byzantino Respublica ecclesiastica. (Concil. Oecum. *Nicaenum*, 325. *Constantin*, 381. *Ephesin.* 431. *Chalcedon*, 451. *Constantinop.* II. 553). Uti ab Imperatoribus plurimae ferebantur leges Ecclesiasticae, ita in Synodis potissimum constituebantur *Societatis leges*, ob disciplinae rationem Canones dictae. Harum, in Canonibus et Decretis Synodorum obviarum, *Collectio* jam a Conc. Chalcedonensi, medio saec. 5. occurrit, verum inprimis saec. 6. in Oriente exstitit *Codex Canonum* Joh. Scholastici, in Occidente *Codex* Dionyssii minoris, unde enatae sunt postea *origines juris Canonici*.

Jurisdictio Ecclesiastica invaluit *privilegio fori*, e disciplina morum Apostolica exorto et justis legibus constituto. Huc valuerunt item *Intercessiones Episcoporum*.

Fiscus Ecclesiasticus increvit magnopere. Episcopis adjungebantur *Oeconomi*. Bonis Ecclesiasticis utebantur Clerici in proprios usus, nec vero minus in usus pauperum, hospitum, senum, aegrotorum, viduarum et orphanorum, quibus variae aedes destinabantur et maxime *Basiliae*, a Basilio Caesariensi ita dictae.

Variis hisce institutis sensim constituebatur Societas Christiana.

§ 43.

Vita Christiana, maxime Monachica. — Societas Monachica in Oriente et Occidente.

Propagata et constituta Societate Christiana, vim moralem exercuit Religio in vita hominum privata et publica. Simul vero haud pauci non, nisi nomine, eam profitebantur, ipsaque Ethnicorum vitia in Societatem Christianam inducebant. Inprimis autem discrimen Laicos inter et Clericos sententiam evertit, sanctitatem ab omnibus pariter esse excolendam.

Huic vero Societati corruptae sese opposuerunt *Ascetae* et *Eremytae*, quorum vivendi et excolendae pietatis ascetico-fanatica ratio transiit hac aetate in *vitam Monachicam*. Exstiterunt *Monachi*.

Quae enim omni aevo propria fuerant Gymnosophistarum, Anachoretarum et Coenobitarum studia, ea maxime explicuerunt homines, Religionis Christianae ope. Auctores vitae Monachicae exstiterunt Antonius (nat. 250), qui Anachoretas Christianos in tentoria duxit, eorumque conjunctionem (λαύρα), — Pachomius, qui *Monasteria* condidit et singula illa *Coenobio*, s. universa Monasteriorum Societate, conjunxit ipseque Abbas fuit primarius totius Societatis. Hi per Aegyptum illam propagabant, adeo ut plura millia Monachorum ubivis invaluerint, Illorum vestigiis institerunt per Palaestinam Hilarion, per Armeniam Eustathius, per Africam Augustinus.

Qui vero ita pietatem fanatico-asceticam et vitae felicitatem promovere studebant, hi certis *regulis* adstringebantur, in Monasteria et Coenobia congregati, ita ut Basilii regula per omnem invaluerit Orientem, non tantum inter viros, verum etiam inter Moniales (Nonnas). Hanc autem in Africa immutavit Augustinus.

Occidenti orientalem hancce rationem Monachicam tradere studuerunt Ambrosius in Italia et Athanasius (†350), Cassianus atque Martinus Turonensis (379) per Galliam. At vero magis accommodate ad occidentalem rationem, suam scripsit regulam Bedictus Nursinus (nat. 480. 529) qui simul *vota* obedientiae, paupertatis, castitatis et stabilitatis loci iis imposuit. Ad illius rationem omnis informabatur vita Monachica occidentalis. Placidus ordinem Benedictinorum in *Sicilia* condidit et Maurus in *Gallia*, unde Benedictini de S. Mauro. Sensim vero Ordo hicce a Monte Cassinensi per Italiam, Germaniam et universum Occidentem propagata est.

Haec de historia Monachorum. — Ipsi vero poenitentiam externam, loco internae, commendabant; fanatismo et mysticismo eam alentes. Alii in extrema ruerant, uti Symeon, a quo *Stylitae.* Nomen autem sanctitatis, quod nacti fuerunt, magnam iis concessit in varias Societatis classes auctoritatem.

Simul vero una cum vitiis plures alebant *virtutes* Christianas. Seminaria condiderunt institutionis juvenilis. Agros coluerunt in locis, paludibus et sylvis repletis. Ethnicismum profligarunt. Discrimen posuerunt inter virtutem sublimiorem et vulgarem. — Aliis vero eos vehementer oppugnantibus, plurimi unice eorum vitia carpebant, ceterum vitam Monachicam habentes veram Philosophiam Christianam, in quibus plurimi Patres Ecclesiae, coelibatus patroni. In ipso vero Clero semina jecerunt melioris conditionis, dum in dies majorem in vita hominum accipiebant vim. 1)

§ 44.

Vita ecclesiastica. — Cultus Dei in Societate publicus.

Quo magis Religio Christiana, publica Imperii auctoritate stabilita, Constantino ejusque successoribus

---

1) Cs. de *Monachis* e pluribus scriptis, (ap. GIESELER, l. l. I. 527. sqq. ff. 684. et HASE, l. l. p. 173) maxime HELYOT, *Hist. des Ordres Monastiq.* Par. 1714. 8 vol. 4. — (CROME) *Pragm. Gesch. der vornehmsten Mönchsorden.* Lips. 1744. 10 vol. — SANDER, *Geschied. der Monniken en Monniken orden.* Haarl. 1822. 2. dl. — HOSPINIANUS, *de Monachis.* L. VI. Tigur. 1588. 4 sqq. — DUCHERII et MABILLONII, *Acta S. S. ord. S. Benedict.* 1688. 9 vol, f. — MABILLON, *Annales Ordinis Bened.* 6 vol. f. Par. 1703. sqq. — Porro PLANCK, *Gesellsch.-Verf.* I. 402 — 430 et NEANDER *Kircheng.* II. 1. 477. ff. —

auctoribus, ad orientalem rationem informabatur et studia orientalia in eam transferebantur; eo magis a simplicitate vere Christiana ad pompam orientalem transiit, hac aetate, cultus Dei in Societate publicus. Licet enim nonnulli, in his potissimum Chrysostomus, Augustinus, alii, in multis cultum Dei spiritualem in vitam revocare studerent, sensim tamen cultus externus, ex Ethnicismo plerumque repetitus et Mosaismi studiis excitatus, omnem occupavit Ecclesiam Catholicam.

Externa haecce cultus ratio et forma patuit in *locis*, cultui s. destinatis. *Κυριακά* Christianorum, inde a Constantino M., convertebantur in templa et Basilica, quae, ad rationem plerumque templi Hierosolymitani, in *πρόναον*, *νάον* et *βῆμα* distributa, Ethnicorum more, inaugurabantur; neque Deo tantum et Jesu, sed Sanctis item dicabantur. Pompa et magnificentia insignia, plurima repetebant e cultu Deorum, maxime usum cereorum, thuris, aquae lustralis, item cathedras, altaria, cet. — Externo hocce cultu *Liturgiae* magnam partem Orationum s. locum occupabant. Sic periit prorsus simplicitas cultus divini, quem in mediis olivetis Deo obtulerat Christus.

Omnes *dies* Christianis esse aequales, vindicarunt in Ecclesia viri nonnulli primarii. Plurimi tamen invaluerunt inter eos dies Religioni dicati, piis alendis sensibus haud raro egregie inservientes. — *Dies Sta-*

---

1) Cf. BINGHAM, *Orig. Eccl.* — PLANCK, *Gesch. der Chr. Gesellsch.-Verf.* I. p. 454. ff. et fontes peculiares cit. a GIESELERO l. l. I. 553. sqq. NEANDER, l. l. II. 2. 592 ff. uti et AUGUSTI *Chr. Archaeologie.*

tionum (Mercurii et Veneris) a nonnullis tantum retinebantur. *Sabbathi* (Judaici) celebratio potissimum in Ecclesia orientali superfuit, cujus veniam liberam concedebant Patres nonnulli. *Dies dominicus*, ab Apostolorum inde tempore pie celebratus, magis magisque Concilii Laodiceni decretis et Constantini ceterorumque Imperatorum edictis, a ceteris distinguebatur hebdomadis diebus, quo a negotiis civilibus, spectaculis et labore non necessario, vacarent.

Porro alii *dies* Christianorum *festi* s. retinebantur, s. instituebantur. — *Paschatis* festum duplex abrogare studuit Concilium Nicaenum. Hinc *Quartodecimani*. — *Epiphaniae* festum, in memoriam baptismi Christi, ab orientali Ecclesia ad occidentalem transiit; contra, exeunte saec. 4, ab occidentali ad orientalem Ecclesiam festum *Natalium Christi*, die 25 Decembris celebrandum, in Oriente hic illic cum festo Epiphaniae conjunctum. — Tempus vero Pentecostale distinguebatur maxime *die Pentecostali* et, a saeculo inde 4, *festo Adscensionis* (ἡ ἀνάληψις).

Simul vero ex Ethnicismo enata fuit *Mythologia* quaedam *Christiana*, conspicua in *veneratione Martyrum*, *Sanctorum*, maxime *Mariae* et ipsorum *Angelorum*. Illis aedes s. et dies festi dicabantur. Praeterea ab Helena inde *peregrinationes* Hierosolymam, Romam et in Arabiam suscipiebantur. — *Symbola* religiosa invaluerunt, in quibus *symbolum crucis*, auro aliisque rebus pretiosis ornatum, e vita domestica in templa transiit, uti et usus *imaginum Christi*, *Apostolorum* et *Sanctorum*, potissimum in Ecclesia orientali, invaluit, a pluribus Ecclesiae Patribus, superstitionis causa, reprobatus.

Cultus igitur Deo deferebatur, caerimoniis repletus, quibus vim salutiferam, in dies majorem, tribuebant Christiani. — In *conventibus s.* cultus absolvebatur legendo Codice s., Oratione s., precibus, hymnis et Antophoniis, ab Ambrosio institutis, *Missa* universe duplici, *Catechumenorum* et *Fidelium* — *Baptismi* ritus in Baptisteriis, inprimis Paschatis festo, administrabatur post Catechumenorum institutionem. Paedobaptismus, licet propugnaretur, vel sic tamen plurimi, seriori vitae aetate et morte proximi, baptismi magicam vim ad condonanda peccata sortiri studebant. Adhibebantur ad eum symbola et caerimoniae, uti exorcismus, unctio duplex et consecratio, impositis Episcopi manibus.

A quo inde tempore Christiana caussa non amplius domestica, sed simul publica, exstitit, in desuetudinem abierunt *Agapae*, deinceps, ob inhaerentia iis vitia, prohibitae. — *Sacra Coena* quotidie celebrari perrexit in Ecclesia Hispanica, Romana et Alexandrina; alibi rarius. In illa omnia ad pompam et mysterii rationem informabantur. Accessit altare et plurimae mysteriorum caerimoniae, inprimis cum *sacrificium* haberetur, quod variis sacrificiorum ritibus, etiam pro aliis, mortuis adeo, Deo offerebatur. Dicebatur illa *Missa fidelium* et Gregorius M. Canonem Missae scripsit. Sic periit, depravatis sensim et cultu et doctrina, simplicissima eaque sublimis hujus instituti ratio.

Valuerunt autem cuncta haecce in cultu publico cum ad alendam hujus aevi superstitionem, tum ad societatem constituendam.

§ 45.

Disciplina Ecclesiastica. [1])

Ecclesia, non amplius per familias tantum, sed per gentes adeo, propagata et publica auctoritate ad Societatis rationem informata, multis nominibus immutatam habuit *disciplinam ecclesiasticam*. Societatem moralem condere studuit illa et vim moralem Religionis Christianae in societatem civilem induxit, ita ut Religione plurima coërcerentur vitia, antea inter Ethnicos grassantia.

Verum, quae severior fuerat antea, disciplina magis magisque fuit mitigata. Plurimae invaluerunt *dispensationes*. Quae autem in minori Societate publica fuerat *professio* peccatorum, haec *privata* esse coepit. Sic confessio auricularis, a Leone inde Magno, in Ecclesia occidentali invaluit et ratio poenitentialis (*Biechtwezen*) condebatur. Quatuor erant poenitentiae gradus (*πρὸς-κλαίοντες*, *ἀκροάται*, *ὑποπίπτοντες*, *κοινωνοῦντες τῶν προσευχῶν χωρὶς προσφορᾶς*.) — Haec quidem in Ecclesia Catholica.

§ 46.

Ecclesia Catholica — Schismata.

Quae exstiterat jam antea, Ecclesia Catholica (Per. I), haec politica auctoritate, Hierarchia Episcoporum ac Patriarcharum et Conciliis, potissimum oecumenicis, in dies magis stabiliebatur. Verum in variis Patriarchatibus diversa regnabant studia, adeo ut patuerit inprimis di-

---

1) Cf. KIST, *Disp. Teyler*. l. l. p. 53. — PLANCK, I. l. l. 507. — NEANDER, l. l. II.

scrimen Alexandrinae, Asiaticae, Graecae, Latinae et Africanae rationis, quae tamen omnes communi systemate episcopali et Conciliis conjungebantur.

Aeque vero atque antea, hic illic exstiterunt *schismata ecclestiastica*, in Ecclesia Catholica obvia, quorum nonnulla, exeunte Periodo prima exorta, hac demum Periodo fuerunt constituta. Plerumque rigidior disciplina, ad fanatismum prona, iis ansam dedit.

In his *Schisma Meletianum* in Ecclesia Aegyptiaca fuit ortum (306). Ecclesia enim Catholica cum civitate conjuncta, surrexerunt alii, qui fanatice Ecclesiam puriorem et sanctiorem restituere conabantur. — Sic Meletius, Ep. Lycopoli in Lybia, severiorem disciplinam erga Lapsos, persecutione Diocletianea, exercere cupiens, Petro, Alex. Ep. sese opposuit; unde schisma fuit enatum, quod sopire tentavit Concilium Nicaenum (325). At frustra. *Ecclesia* haec *Martyrum* invaluit per Aegyptum, Syriam, Antiochiae, alibi. — Litibus vero iteratis (380), superfuit ad saec. usque 5. Suum *illa* habuit Ecclesia cultum, aedes s., alia.

Eodem fere tempore in Ecclesia Africana exstitit *Schisma Donatistarum.* [1]) Agebat maxime de Ecclesia, quam severiori disciplina puriorem reddere conabantur et Imperio civili opponebant, politicam Ecclesiae conditionem oppugnantes. — Scilicet fanatismus, in Ecclesia Africana a Montanismo inde superstes, in mediis persecutionibus, opportunitate Lapsorum et Traditorum, excitabatur. — Mensurio, Episc. Carthaginiensi, ejusque Archidiacono, postea, mortuo Mensurio (311), Episcopo

1) WALCH, *Ketzerhist.* IV. 355 — SCIPIO MAFFEI, *Osservationi litterarie* III: 11 sqq. — NEANDER I. I. II. 1. 463 ff.

electo, sese opponebat Secundus, Ep. Tigisensis, Primas Numidiae, una cum ceteris Numidiae Episcopis. Hi, favente Lucilla, divite matrona, Majorinum eligebant Episcopum, cui Donatus M. successit (315). Hinc *pars Majorini*, s. *pars Donati*, postea *Donatistae* dicta. Provocarunt hi, omnium primi, ad Constantinum, apud quem, uti et in Concilio Arlesano (314), caussa exciderunt. — Edicta Imperialia adversus eos excitarunt *Circumcelliones*, rusticos fanaticos, qui ipsi duriores excitarunt persecutiones apud varios Imperatores, ut cum vi, tum donis, ad Ecclesiam Catholicam reducerentur. Tandem Augustinum nacti sunt adversarium acerrimum, ipsoque auctore in Collatione Carthaginiensi (411), Imperii vi, victoriam reportavit Ecclesia Catholica. Superfuerunt autem, oppugnantibus eos Imperatoribus, per Africam dispersi, ad 6 usque saeculum, quo eorum reliquiae, dominantibus Arabibus, evanuerunt. — Haec autem vis, adversus eos adhibita, Augustino ansam dedit, doctrinam excolendi: *compelle intrare*, quae in Catholicismo omni aevo viguit.

In *Romana Ecclesia*, in mediis litibus Arianis, aliae excitabantur lites inter *Damasium* et *Ursinum*, quae tamen minoris fuerunt momenti.

Vel sic tamen, Schismaticis hic illic exortis, Ecclesia Catholica victoriam reportavit et societatem constituit Episcopalem, cujus et forma et doctrina sensim constituebatur.

---

1) Praeter VALESIUM, *de schism. Donat.*, add. Editioni Eusebianae, *Walchium*, *Schröckium*, *Neandrum* al. cf. DU ROUX, *de Aurelio Augustino adversario Donatistarum*, Lugd. Bat. 1838.

Cetera Sectarum Haereticarum fata commemorabimus Sect. 3., in earum doctrina et placitis recensendis.

Sectio Tertia,

HISTORIA DOCTRINAE CHRISTIANAE.

Doctrina catholica in variis Ecclesiis constituta.

§ 47.

Sectionis argumentum.

Postquam Religio Christiana magis magisque a gentibus cultioribus erat recepta, *Literae*, antea ab Ethnicis cultae, inter Christianos florere inceperunt. *Doctrinae* vero *Christianae* ratio fere pependit a Patribus Ecclesiae, e scholis s. Alexandrina, s. Syriaca, s. Latina, ortis, uti et a Conciliorum decretis.

Quae enim inprimis valuerunt ad vitam hominum regundam, *placita*, ita a Theologis exponebantur, ut plurimi Religionem haberent Philosophiam. Hanc subtile Graecorum ingenium interpretari, explicare et philosophice probare conabatur; allegorice Alexandriae; grammatice et dialectice Antiochiae; uti Latini dogmata auctoritate ecclesiastica constituebant, et Antropologiam potissimum explicabant. In constituenda doctrina *Synodi* magnam vim habebant.

Haereses, in Ecclesiae orthodoxa ortae, peculiarem

retulerunt gentis, e qua prodierunt, indolem. Ita enim, qui Monarchianis successit, *Arianismus* scholae Antiochenae doctrinam ita excoluit, ut dogma τοῦ λόγου historico — exegetice explicare tentaret. Ariani longe lateque sese propagabant, uti et *Semi-Ariani*. Utrique varia usi sunt fortuna politica. Nicaena enim Synodo suam fidem constituerat Ecclesia Orthodoxa, licet variae in orthodoxa Ecclesia exstiterint *Sectae*, maxime *Marcelli*, *Photini*, *Eustathianorum*, *Meletianorum*, *Luciferianorum* et *Apollinaristarum*, cunctae in doctrina τοῦ λόγου explicanda occupatae. — Paulo post de divina Spiritus s. natura disputare inceperunt Nicaeno-Constantinopolitani cum *Macedonianis*, s. Pneumatomachis. Ceterum doctrina *Origenis* vim magnam exercuit in Ecclesia.

Hinc autem, saec, 5, processerunt ad doctrinam de θεανθρώπῳ, varia exorta *Monophysitarum* et *Duophysitarum* sententia, maxime Nestorianis (418-444) et Eutychianis (441-451), quibus lites Monophysiticae excitabantur (451-553). Practico-fanaticas Graecorum sententias exposuerunt *Audiani* (ab ao. 340) et *Messaliani* s. *Euchytae* (a.o 360).

In Occidentali Ecclesia non tantum orientalis Theosophiae supererant reliquiae; verum suam ipsi Theologiam excoluerunt Occidentales in *Augustinianismo* et Pelagianismo, qui de vinculo inter Deum et hominem disputarunt, deque natura hominis morali. Medii inter eos intercesserunt Semipelagiani.

§ 48.

Literae Christianae. — Patres Ecclesiae.

Literarum Graecarum et Latinarum conditio arctissime cum ipsa doctrinae Christianae caussa fuit con-

juncta. Una autem cum vi et auctoritate Imperii Romani, decrescebant et fere exstinguebantur Literae in Imperio. Neo-platonica Philosophia, Athenis maxime, ultima vixit fata. Sed Justiniano I. scholas philosophas Athenis claudi jubente, ipse literarum cultus transiit ad Christianos. In una tamen orientali Imperii parte aliquantulum superfuerunt literae Ethnicae.

Inter Christianos doctrinam Christianam exposuerunt, cum universe Doctores, tum maxime scriptores, qui communi *Patrum Ecclesiae* nomine dicuntur, quorumque series clauditur ad finem historiae antiquae, saec. 6. Doctores praecipuos inter Graecos maxime protulerunt schola Alexandrina et Syriaca; inter Latinos Ecclesia Latina et Afra.

Schola Alexandrina, quae superiori viguerat Periodo, potissimum *Origenis* ingenio et doctrina, hac quoque aetate, magnam vim exseruit. Ipsi successit fere *schola Antiochena*, in qua cultus et doctrinae Christianae vigorem observamus. Arctissimum fuit illius cum urbe et schola Constantinopolitana commercium.

Alexandriae Ario, Antiochenae scholae discipulo, oppositus fuit Athanasius (†370); insignem uterque nactus fuit auctoritatem in constituenda doctrina Ecclesiae. Viguit illic item Cyrillus Ep. (†444). — Inprimis vero schola Antiochena egregios tulit viros, doctrinae et eloquentiae laude claros, in tuenda doctrina Christiana et explicando Codice s. historico-exegetice et dialectice versatissimos. Horum plurimi Origenianam dóctrinam magis minusve expresserunt et explicuerunt. In his prae ceteris Johannes Chrysostomus, (nat. c. a. 344,

1) Cons. de his maxime NEANDER l. l. II. 2 et 3.

†407). Praeterea Eusebius Pamphili, Caesariensis Ep. (†340), Historiae Eccl. parens, Eusebius, Ep. Emisenus (†360), Cyrillus, Hierosolymitanus Ep. (†386), Epiphanius († c. 404), Ephraëm Syrus (†378?), Basilius M., Neocaesariensis (†379), Gregorius Nyssenus (†394?), Gregorius Nazianzenus, Ep. Co. (†391), Amphilochius Cappadox, Macarius, Theodoretus Antiochenus, († c. 437), Isidorus Pelusiota (†449), alii.

Uti ab hisce fere viris pependit Ecclesia Graeca, ita Latina Ecclesia viros tulit, *Patres Latinos* dictos, multis nominibus commendandos, qui ejus doctrinam paene regebant. Hilarius Pictaviensis in Gallia (†368), Arnobius Afer, Ambrosius, Ep. Mediolanensis, in Italia, Martinus Turonensis (†c. 400), Rufinus (†398), Italus (†410), Hieronymus, Mon. Bethlehem., (†420); prae ceteris vero illa Pelagio suo, Monacho Britanno, Coelestio et Cassiano, Mon. Massiliensi, opposuit Aurel. Augustinum (n. 314, †430), qui omnem suam et subsequentis aetatis Ecclesiam sententiarum suarum vi et auctoritate regebat prorsus; item postea exstiterunt Aur. Cassiodorus (†563). Gregorius I. s. Magnus, Ep. Rom. (†634), Macrobius (†c. 400) et Boëthius (†526).

Horum Patrum alii Philosophiam et Theologiam philosophicam, alii interpretationem, alii historiam, alii apologetico-polemicam rationem, alii poësin adhibuerunt ad explicandam doctrinam Christianam. Uti vero doctrinae copia et interpretandis libris s. prae Latinis valuerunt Graeci Patres, ita hi potissimum vim habuerunt ad constituendam doctrinam Ecclesiasticam, eo-

8

rumque ope literae omnes evaserunt sacrae, s. ecclesiasticae. Sed de singulorum meritis peculiariter in Scholis agendum. [1])

Patres illi multis nominibus sunt celebrandi. Non tantum, quod cultum promoverint inter Christianos, et disciplinas coluerint Christianas; verum etiam quod, licet multa, e Judaismo et Ethnicismo oriunda, contulerint ad explicandam doctrinam et Religionem, eamque commiscuerint cum vita et institutis Orientalium, Graecorum et Romanorum, magnopere tamen valuerint ad semina excitanda altioris ejusque spiritualis doctrinae, quae ceteroquin illa gentium aetate facile periissent.

§ 49.

Doctrina Ecclesiae Christianae universa.

Religionis Chr. doctrina potissimum adhibebatur ad mores hominum et vitam regundam. Sic quidem moralis doctrina primarium ipsius fuit consilium. — Haec ejus placita practice exponebant multi et variis institutis commendabant Christiani.

Doctrina Eccl. moralis, quam promovebant Ecclesiae Patres nonnulli, multis hisce temporibus patuit

---

1) Uti de Schola Alexandrina GUERICKE (l. l.), ita de Schola Antiochena peculiariter egit MÜNTER, *Ueber die Antioch. Schule* in STÄUDLIN und TZSCHIRNERS *Archiv. f. Kircheng.* I. I. S. 13. ff. — Cf. etiam VILLEMAIN, *de l'eloquence dans le 4. siècle* in ejus *Mélanges Hist. et literaires*, t. 3. — Peculiares de singulis hisce fontes notarunt SCHRÖCK, *Comp. H. E.* Per. II. § 2. et 6 — 9. — HASE, l. l., maxime GIESELER, l. l. I. § 397 ff. 652 ff. — Peculiares de Patribus Eccl. eorumque meritis Monographiae cum antea, tum recentiori aetate, prodiorunt plurimae, l. l. allatae, singulatim recensendae.

vitiis, inprimis apud Monachos, cum pietatis exercitia ipsam haberent pietatem eaque maxime commendarent. Hi virtutem sublimiorem (puriorem) a vulgari discernebant. Hinc exstitit virtutis doctrina, externa ratione severior, a plurimis commendata. Vel sic tamen Religio Christiana magis magisque hominum vitam et mores regere et instituere incepit.

Uti vero de placitis Christianis practicis jam in varias sententias abibant Christiani, ita inprimis etiam de *placitis theoreticis* disputabant. A quo enim tempore viri doctiores doctrinam Christianam, tanquam Philosophiam, sibi proponebant, placita Christiana sua ratione exponebant et de iis disputare inceperunt Episcopi et Clerici, multos nacti asseclas. Inprimis vero suae gentis et aevi sui rationem expresserunt in doctrina, quam proferebant.

Patuit autem in excolenda doctrina gentium et hominum discrimen. Singulae, ex ea illud potissimum suscipientes, quod ipsarum ingenio esset accommodatum, ad suam sentiendi cogitandique rationem explicuerunt varias doctrinae Christianae partes, ita quidem, ut caeteras omnes hisce submitterent.

Doctrina enim Christiana, antea in medio Mosaismo et Ethnicismo exculta, utriusque retulit rationem. Nunc autem ipsa sua vi viguit; simulque plura ex utroque retinuit. Non amplius agebatur de conjungenda Religione Christiana cum Mosaismo aut Ethnicismo, (uti superiori Periodo), sed, utriusque indolem et placita advertentes, peculiaria illa dogmata exposuerunt, quae omnem fere complecti Religionis indolem iis videbantur.

Ecclesia Graeca pro subtili Graecorum philosophandi,

interpretandi et explicandi ingenio, contemplativa maxime dogmata explicabat, potissimum doctrinam de Deo (*Theologiam*). Philosopho- allegoricae Alexandrinorum Theologiae, in qua dominabatur philosopha et mystica ratio, opposita erat inter **Asiaticos** (s. Antiochenos) vis ingenii. Haec cuncta explicare conabatur et, missis mysteriis, quae sectabantur ubivis Alexandrini, grammatice ac dialectice in explicanda Theologia versabatur. Divina ab humanis ubivis, nonnunquam nimis, discernebant. — Inter **Byzantinos** multum valuit politica Aulae et Imperatorum auctoritas. Simul vero studia eloquentiae et exegetico-practica inter Asiaticos et Constantinopolitanos egregios tulerunt fructus. [1])

Graeca illa *ratio* inprimis patuit in *doctrina τοῦ λόγου* ac divinae ejus naturae, et *Spiritus Sancti*, quam philosophice exponere studebant Alexandrini, grammatice contra et dialectice Asiatici. Opportunitate Haeresium dogma constituerunt *Trinitatis*, auctore **Athanasio**, et deinceps in Ecclesia Latina **Augustino**. Nec vero minus philosophabantur *de humanae* Jesu *cum divina natura vinculo*. Praeterea increvit maxime dogma de *Jesu εἰς τὴν ᾅδην descensu* deque *igne purgatorio*, quod, ex Persicis et Orientalibus placitis oriundum et Judaismi vi exortum, impugnabat Pelagius, mitigabat vero **Augustinus**. — In *practicis* simul philosophari inceperant Graeci et Orientales, uti *Audiani*, s. 4 in Syria et Aegypto; et de virtute *Messaliani* in Mesopo-

1) Cf. maxime NEANDER, a. a. O. II. 2 et 3. — MUNSCHER, *Handb. der Chr. Dogmengeschichte;* — Ejusd. *Lehrbuch der Dogmengesch.* ed. D. V. COELNN et C. G. NEUDECKER — BAUMGARTEN-CRUSIUS, *Dogmengesch.* I. I. et ENGELHARDT, alii.

tamia, qui mysticam rationem protulerunt. In ipsa Ecclesia Catholica increvit dogma de *Chiliasmo*.

Latini non tantum ulterius excoluerunt nonnulla dogmata, quae Graecis placebant vehementer eaque ecclesiastica et forma et auctoritate constituerunt; sed simul omnem omnino doctrinam practice exposuerunt. Uti Graeci Theologiam, ita Latini *Anthropologiam* coluerunt, maxime de morali hominis natura et vitiositate; itemque *Eschatologiam*, cum poenas aeternas statuerent Orthodoxi, oppugnarent et Origenistae et Antiocheni plurimi.

Maxime vero increvit, hac aetate, doctrina *Sacramentorum* in Ecclesia orthodoxa. — Varia et multiplex regnabat de iis sententia; Augustinus tamen Sacramenta, s. *μυστήρια*, dogmatice definivit, docens, ea esse *invisibilis gratiae visibilem formam*. De numero sacramentorum item dissentiebant, alii 6, alii 4, alii 2, statuentes.

Sacrae Coenae doctrina in Missae doctrinam abiit et sacrificii notio, ei assignata, varios sacrificiorum et ritus et proprietates ei tribuit, unde invaluerunt Missae pro privatis, mortuis, al. — Augustinus vero discernebat inter ipsum *Sacramentum* et *rem Sacramenti* et ipse, uti et Origenistae plures, spiritualem S. Coenae doctrinam docebat. Neque formulae usitatae (*μεταβολή* al.) docent, eos transmutationem docuisse, licet sententia, Logon praesentem esse in S. Coena, semina jecèrit doctrinae de praesentia Christi in S. Coena, deinde excultae. Doctrina *Baptismi* et Paedobaptismi maxime excolebatur in litibus Pelagianis. —

interpretandi et explicandi ingenio, contemplativa maxime dogmata explicabat, potissimum doctrinam de Deo (*Theologiam*). Philosopho- allegoricae Alexandrinorum Theologiae, in qua dominabatur philosopha et mystica ratio, opposita erat inter **Asiaticos** (s. Antiochenos) vis ingenii. Haec cuncta explicare conabatur et, missis mysteriis, quae sectabantur ubivis Alexandrini, grammatice ac dialectice in explicanda Theologia versabatur. Divina ab humanis ubivis, nonnunquam nimis, discernebant. — Inter **Byzantinos** multum valuit politica Aulae et Imperatorum auctoritas. Simul vero studia eloquentiae et exegetico-practica inter Asiaticos et Constantinopolitanos egregios tulerunt fructus. [1])

Graeca illa *ratio* inprimis patuit in *doctrina τοῦ λόγου* ac divinae ejus naturae, et *Spiritus Sancti*, quam philosophice exponere studebant Alexandrini, grammatice contra et dialectice Asiatici. Opportunitate Haeresium dogma constituerunt *Trinitatis*, auctore **Athanasio**, et deinceps in Ecclesia Latina **Augustino**. Nec vero minus philosophabantur *de humanae* Jesu *cum divina natura vinculo*. Praeterea increvit maxime dogma de *Jesu εἰς τὴν ᾅδην descensu* deque *igne purgatorio*, quod, ex Persicis et Orientalibus placitis oriundum et Judaismi vi exortum, impugnabat Pelagius, mitigabat vero **Augustinus**. — In *practicis* simul philosophari inceperant Graeci et Orientales, uti *Audiani*, s. 4 in Syria et Aegypto; et de virtute *Messaliani* in Mesopo-

1) Cf. maxime NEANDER, a. a. O. II. 2 et 3. — MUNSCHER, *Handb. der Chr. Dogmengeschichte*; — Ejusd. *Lehrbuch der Dogmengesch.* ed. D. V. COELLN et C. G. NEUDECKER — BAUMGARTEN-CRUSIUS, *Dogmengesch.* I. I. et ENGELHARDT, alii.

tamia, qui mysticam rationem protulerunt. In ipsa Ecclesia Catholica increvit dogma de *Chiliasmo*.

Latini non tantum ulterius excoluerunt nonnulla dogmata, quae Graecis placebant vehementer eaque ecclesiastica et forma et auctoritate constituerunt; sed simul omnem omnino doctrinam practice exposuerunt. Uti Graeci Theologiam, ita Latini *Anthropologiam* coluerunt, maxime de morali hominis natura et vitiositate; itemque *Eschatologiam*, cum poenas aeternas statuerent Orthodoxi, oppugnarent et Origenistae et Antiocheni plurimi.

Maxime vero increvit, hac aetate, doctrina *Sacramentorum* in Ecclesia orthodoxa. — Varia et multiplex regnabat de iis sententia; Augustinus tamen Sacramenta, s. *μυστήρια*, dogmatice definivit, docens, ea esse *invisibilis gratiae visibilem formam*. De numero sacramentorum item dissentiebant, alii 6, alii 4, alii 2, statuentes.

Sacrae Coenae doctrina in Missae doctrinam abiit et sacrificii notio, ei assignata, varios sacrificiorum et ritus et proprietates ei tribuit, unde invaluerunt Missae pro privatis, mortuis, al. — Augustinus vero discernebat inter ipsum *Sacramentum* et *rem Sacramenti* et ipse, uti et Origenistae plures, spiritualem S. Coenae doctrinam docebat. Neque formulae usitatae (*μεταβολή* al.) docent, eos transmutationem docuisse, licet sententia, Logon praesentem esse in S. Coena, semina jecerit doctrinae de praesentia Christi in S. Coena, deinde excultae. Doctrina *Baptismi* et Paedobaptismi maxime excolebatur in litibus Pelagianis. —

Synodi, cum Provinciales, tum Oecumenicae, magnam in constituenda doctrina vim habuerunt, ita vero, ut Synodi Aegyptiacae, Asiaticae et Latinae haud raro in oppositas abirent sententias. Vel sic tamen tandem fidem orthodoxam constituerunt illae, dogmata strictius definiverunt, terminos dogmaticos receperunt in usum Ecclesiasticum, formulasque et Symbola plerumque ediderunt, fidei orthodoxae criteria.

§ 50.

Peculiaris Graecae Ecclesiae doctrina.

Quo magis universe accepta erat Graeco-Orientalibus Religio Christiana, eo majorem vim exseruit ipsa. Verum pendebat plerumque illa vis a sententiis de dogmatibus Christianis. Hinc omnem fere Rel. Chr. absolvi putarunt sententiis dogmaticis, quas arctissime conjunctas habebant cum vita Christiana.

In *Ecclesia Graeca* peculiarem induit doctrina Christiana formam et rationem. Non adeo Pneumatologiam, uti Orientales, sed Theologiam (stricte dictam) coluerunt Christianam. Philosophabantur ita et explicare, rationis, sensuum ac philosophiae ope, tentabant doctrinam de λόγῳ et Spiritu s. et utriusque cum divina natura vinculum. In hisce tamen diversum patuit Alexandrinorum et Asiaticorum ingenium, utrisque philosopham Graecorum subtilitatem diversa ratione referentibus. Hinc explicanda doctrina *orthodoxa* et *Ariana* de λόγῳ, unde processerunt ad explicandum Spiritus s. cum divina natura vinculum, itemque τοῦ Θεανθρώπου doctri-

nam Christianam et vinculum adeo inter ipsam divinam Christi et humanam naturam. Sic Catholicae doctrinae oppositus exstitit *Arianismus*, *Macedonianismus*, *Origenianismus*, *Nestorianismus* et *Monophysitismus*, al.

§ 51.

Haeresiologia Ecclesiae Graecae. — Arianismus.

Studium philosophandi de doctrina Christiana ita sensim occupavit Ecclesiam, ut de placitis vehementer disputarent Christiani et haeresibus q. d. comprobandis, refutandis, damnandis et vindicandis agitaretur atque occuparetur omnis Ecclesia. Dum ita in occulto sese exserebat vis moralis et perpetua Religionis Chr., publica Ecclesiae turbabatur pax et quies haeresibus, quae omnium occupabant animos et rixas atque odia pepererunt acerrima.

Quae enim jam antea de *λόγῳ* et divina Christi natura, maxime *Monarchianorum*, exstiterant Haereses in occidentali Ecclesia, dogmati Trinitatis opportunitatem dantes, et ab orthodoxa doctrina alienae; hae in Oriente hac aetate, Ario auctore, peculiarem condiderunt sectam. In nonnullis a Monarchianorum nonnullorum sententiis recesserunt. In multis Origenis doctrinam ulterius excoluerunt.

Quippe Arius, e schola Antiochena ortus, Presbyter Alexandrinus, Origenisticae doctrinae principia cum suis placitis conjunxit. Quam orthodoxi Alexandrini philosophico-dogmatice excolebant doctrinam *τοῦ λόγου*,

hanc ille historico-exegetice explicabat. *Doctrina Arii* huc redit: aeternitatem τοῦ λόγου negavit; Principem omnium rerum, a Deo creatarum, Eum dixit, creatum a Deo ante mundum conditum (ἐκ τῶν μὴ ὄντων). Per Eum Deus omnia creavit. Hinc dicebatur πρωτότοκος, λόγος, Dei filius, sapientia divina, ipse Deus. — Haece doctrina placita Orientalium vindicare studuit adversus Sabellianas et Gnosticas sententias. Sed frustra.

Fata Arianismus habuit cum prospera, tum adversa. Arius adversarium habuit Alexandrum. Ep. Alex., τοῦ ὁμοουσίου vindicem. Cum ipso autem fecerunt cum Asiatici plurimi Epp., tum Origeniani. — *Medias* vero *partes* inter eos inierunt Eusebius, Ep. Nicom. et Eusebius, Caesar. Ep:. — A quo autem tempore Constantinus ejusque filii liti huic sese immiscuerunt, lis, antea ecclesiastico-dogmatica, exstitit politico-dogmatica. Constantinus (323), frustra misso Hosio, Ep. Cordubensi, Alexandriam, *Concilium* convocavit *Nicaenum* Oecumen. I, (325) quod symbolo suo doctrinam τοῦ ὁμοουσίου orthodoxam declaravit, damnatis Arianis; quae quidem decreta Nicaena cum valerent tamquam Imperii leges, abhinc persecutio Episcoporum Arianorum obtinuit. — Mox mentem mutavit Constantinus (327), revocatis Arianis Epp. Obstabat vero Athanasius, antea Diac. Al., post Alexandri mortem Ep. Al., qui tandem, post Concilium Tyrense (335), in exsilium mittebatur Treviros in Gallia. Sic in Oriente *Eusebiani* victoriam reportarunt, maxime post repentinam Arii mortem (336). *Schismate* vero disrumpebatur ab orientali Ecclesia occidentalis illa, Athanasio et fidei Nicaenae addicta. In Oriente fere dominabatur Theologia aulae, quae mutuo a favore Imperatorum pependit; ipsaeque *Synodi Antiochenae*

(341, 345) quinque *Symbola* constituerunt, minus *Ariana*, quam *Eusebiana*.

Ut schisma Ecclesiae orientalis et occidentalis tollerent, Constantius et Constans Concilium Oecumenicum convocare tentabant Sardicam in Illyria (347); sed schisma plenius constituebatur, cum Orientales secederent Philippopolin in Thracia. Tandem vero post varias victorias cum Arianismi, tum, duce Athanasio, Nicaenae fidei, Constante Imperatore, victrix fuit Eusebianismi in Imperio causa.

Ex hisce Eusebianis exstitit *Semi-Arianismus*. — Paucis enim Epp. Asiat. Arii doctrinam probantibus, inprimis postquam Aëtius et Eunomius *Anomaeos* excitaverant, qui, Arii placita ulterius excolentes, *τὸν λόγον* Patri *ἀνόμοιον* dixerunt, plurimi Epp. Asiatici mediam doctrinam protulerunt. Duces iis erant Basilius, Ep. Ancyr. et Gregorius, Ep. Laodic., qui *τὸν λόγον* dixerunt Patri *ὁμοιούσιον*, favente Imperatore Constantio. Veruntamen Theologi, *aulici* vulgo dicti, Anomoeorum symbolum constituerunt in Concilio Syrmiensi (357), abrogato usu vocis: *οὐσία*, cui sese opposuit Concilium Semiarianorum Syrmiense (358). Constantio vero iterum Concilium oecumenicum convocante, duplex exstitit Concilium, Orientalium *Seleuciae*, Occidentalium *Arimini*. Atque adeo, moriente Constantio (360), omnis Ecclesia litibus erat disrupta.

Tum vero *vis politica per aliquod tempus* in hisce agere *cessavit*; verum internis Arianorum et Semiarianorum litibus dilacerabatur Ecclesia sub Juliano, Joviano, Valentiniano I, Gratiano et Valentiniano II. Mox vero Valens (364-378) victoriam cessit Aria-

nismo. Sic factum, ut magis secum invicem conjungerentur Semi-Ariani et Catholici, persecutionum socii. Contra vero, Theodosio auctore, victoriam plenam reportavit Catholicismus, constitutus *Concilio oecumenico* II, *Constantinopolitano* (381), licet ipsi Ariani, persecutionibus obnoxii, superfuisse videantur ad Theodosium usque II. (428). [1])

Ecclesia Occidentalis plerumque fuit Catholicae doctrinae vindex, auctore Ambrosio. Simul vero, inter Vandalos in Africa, Arianismus et Semiarianismus persecutionibus fuerunt obnoxii.

§ 52.

Variae inter Orthodoxos sectae.

In tali sententiarum dogmaticarum discrimine variae inter ipsos Orthodoxos exstiterunt doctrinae, sive magis minusve cum Nicaena fide cohaerentes, sive eam ulterius urgentes. — Ita Marcellus, Ep. Smyrnensis, tam

---

1) De Ario et Arianismo cff. fragmenta *Arii* apud *Epiphanium*, *Athanasium*, *Basilium*, *Gregorium*, al., de quibus cs. FABRICIUS *Bibl. Gr.* tom. 8. p. 309 sqq. — ATHANASII et EPIPHANII scripta, locis a GIESELERO, I. 368 ff. et HASE l. l. p. 126 allatis. — MÖLLER, *Athanasius der Grosse und die Kirche seiner Zeit*, *besonders im Kampfe mit dem Arianismus*. Mainz. 1827. II. Th. — LANGE, *der Arianismus in seiner urspr. Bedeutung und Richtung*, — in ILLGEN *Zeitschr. f. hist. Theol.* IV: 2, V: I — ULLMAN, *Gregor. von Nazianz. der Theolog*. Darmst, 1825. Praeter *Walchii* — *Baumgarten-Crusii*, — *Schröckii* — *Neandri* — *Gieseleri*, al. Opera, uti et scriptores de *Concilio Nicaeno*, ab iis laudati, maxime EUSEBIUS H. E. — ITTIGII, *hist. Conc. Nicaeni*, Lips. 1712 — MUNSCHER, *über den Sinn der Nicaen. Glaubensformel* in HENKES *Neuem Magaz*. 6. 334 ff. —

acriter τὸ ὁμοούσιον vindicabat, ut fere negaret discrimen τῶν ὑποστασέων in Trinitate. Prope ita ad Sabellianismum accessit (350), quem plane instauravit ejus discipulus Photinus (351) [1]; – Eustathiani, s. Orthodoxi Antiocheni, ita dicti ab Eustathio, Ep. Antiocheno (330), Athanasiano; — Meletiani, auctore Meletio, Ep. Antioch. (360), Nicaeno practico, qui doctrinam trium ὑποστασέων in Trinitate urgebat; — Luciferiani, qui Ecclesiam puram plane ab Arianismo reddere studuerunt, duce Lucifero, Ep. Calaritano, homine fanatico et vehementi Nicaenae fidei vindice; — tandem Apollinaristae, duce *Apollinari*, Ep. Laodiceno, Nicaenae fidei ita addicto, ut divinam naturam in Christo locum occupasse animae rationalis (τοῦ νόου, s. τῆς ψυχῆς λογίκης) statueret.

Diversis hisce litibus et sectis inter Orthodoxos, s. Nicaenos, Arianos et Semiarianos ortis, Ecclesia Christiana, hacce Periodo, vehementer dilacerabatur.

§ 53

Pneumatologia.

Pneumatomachi. — Macedoniani.

Alia longe fuerunt Ecclesiae Graecae hac aetate, quam Graeco-Orientalis superiori aetate, studia. Theosophice tum philosophabantur de Spiritibus et Daemonibus, ad rationem philosophiae orientalis. Nunc vero dialectice et dogmatice de Spiritu s. disputabant, ut mysteria divinae naturae explicarent, inprimis exegeseos ope. Ex Arianis enim litibus aliae exstiterunt. — Uti de Logo,

---

1) *Marcell und Photin*, (*Gesch. und Lehre des*). *Von* KLOSE. Hamb. 1837.

ita etiam paulo post de divina Spiritus s. natura disputare, philosophari, aeque dialectice ac dogmatice, instituerunt.

Postquam Origenes Eum creatum e Patre dixerat, subordinationis doctrina multis erat accepta, opposita dogmati τοῦ ὁμοουσίου, quod ad ipsum Sp. s. referebatur. In *Conc. Nicaeno* non nisi universe de eo egerant. Arius vero Spiritum S. habuit primam creaturam Filii, cujus cum Spir. s. eandem docuit rationem, quae intercedebat Patrem et Filium; alii aliter. — Athanasius vero hanc τοῦ ὁμοουσίου doctrinam plane ad Spir. S. retulit, ejusque auctoritate illa orthodoxa recipiebatur in Ecclesia orientali et tandem constituebatur ecclesiastica auctoritate in Conciliis Alexandrino, Illyrico (375), denique Constantinopolitano, Oec. II (381). Hocce affirmabat, eum a Patre progredi et una cum Patre esse venerandum. — Oppugnabant illi *Pneumatomachos*, qui Eum creaturam Filii statuebant. Minus recte hi dicuntur *Macedoniani*.

Hanc vero orthodoxam Orientis doctrinam in *Occidente* excoluit potissimum Augustinus, docens, Eum aeque a Filio, quam a Patre, procedere. Ita factum, ut tandem in Hispania in Synodo Tolosana (589) Symbolo Nicaeno-Constantinopolitano adderetur: *Filioque*.

Sic Athanasiana doctrina, ope Occidentis, plenam reportavit victoriam.

§ 54.

Lites Origenianae et Johannitarum.

394 — 541.

Alexandrinae realistico-dogmaticae Theologiae adhaerebat Anthropomorphismus; Origenis contra et Antio-

chenorum doctrina, maxime grammatica ac contemplativa (speculativa) ratio, spiritualem indolem Rel. Chr. sua forma explicabat. Sic maxime Origenismus oppositus erat Anthropomorphismo.

Hinc lites *Origenianae* in Ecclesia. Scilicet Origenem Patrem haeresium habebant multi et Arianismi inprimis Marcellus Ancyrensis. Origenismi sedes erat Palaestina; maxime Johannes, Ep. Hier., Hieronymus et Rufinus, item Monachi multi, ejus caussam agebant. Hanc adiit (394) Epiphanius, Episc. Constantiensis in insula Cypro (†403), qui, oppugnante Rufino, cujus caussam deseruit Hieronymus, orthodoxiae suae vindicandae studiosus, schisma condiderat inter Monachos Bethlehemiticos.

Lis vero alebatur a Theophilo, Ep. Alex. (†412), antea Origenista, qui, variis inductus caussis, maxime minitantibus Monachis Aegyptiacis Anthropomorphistis, Origenem damnavit (399) et Origenianos Monachos persecutus est.

His igitur auxilium petentibus Johannis Chrysostomi, Ep. Co. (398), hunc maxime odio habuit Theophilus, homo superbus, eumque ope Imperatricis Eudoxiae, in Synodo Co. ad quercum (*πρός τὴν δρῦν*) (403) munere privavit. Ipse vero post triduum revocatus, iterum in exsilium missus et exsul mortuus est (407). Ejus Sectatores, Johannitae, schisma constituerunt in Eccl. Co., quod demum evanuit Patriarcha Co. Proclo (438).

Qui vero supererat Origenismus, litibus Palaestinensibus inter Monachos excitatis, publico Justiniani Edicto et Concilio Co. (541), Praeside Menna, Pa. Co. damnabatur et 15 Canonibus oppugnabatur. [1])

---

1) NEANDER *der H. Chrysostomus und sein Zeitalter.*

§ 55.

Doctrina Ecclesiae de Θεανθρώπῳ. — Monophysitismus et Duophysitismus.

Nestoriani.

418—444.

Qui varias protulerunt sententias de vinculo inter τὸν λόγον et Patrem, facile transierunt ad definiendum vinculum inter ipsam Christi divinam atque humanam naturam. Excoluerunt ita doctrinam de Θεανθρώπῳ.

1. *Nestoriani.*

Ante Nestorium vix illud definiebant. Consentiebant omnes in eo, in Christo Deum et hominem in una persona esse conjunctum. Sed qua ratione utraque natura in ipso esset conjuncta, de eo in varias sententias abierunt. — Ansam hisce disputationibus dedit Marcelli et Photini, uti et Apollinaris, sententia, adeo ut Orthodoxi Aegyptii arctissime utramque naturam conjungerent, inprimis divinam naturam ubivis evehentes; contra Antiochena schola, ingenii vi ducta, humanam naturam in Christo plane a divina distinguebat. Hancce doctrinam inprimis excoluerunt Diodorus Tarsensis et prae caeteris Theodorus Mopsuestenus, docens duas esse Christi naturas diversas, licet arctissime conjunctas. Contra Alexandrini intimam utriusque naturae conjunctionem docuerunt (*ἕνωσιν τῶν φυσέων ἄφραστον, ἀπερίνοητον, ἄῤῥητον* et *ὑπερ λόγον*); maxime Cyrillus.

Tum vero Nestorius prodiit, Patriarcha Constantinopolitanus (ab a_0. 428), e schola Antiochena ortus, Theodori doctrinam referens et monachico ardore imbutus. Oppugnavit vocem: *θεοτόκος*, de Maria usurpatam, ei substituens vocem: *χριστοτόκος*. Hanc suam doctrinam, vere Antiochenam, in Homiliis et Scriptis exposuit; unde lites acerrimae exstiterunt, quibus ipsi sese immiscebant laici, et schisma adeo in Ecclesia Constantinopolitana, cum aula ipsi faveret. Verum adversarium nactus est Cyrillum, Patriarcham Alexandrinum, hominem aestuosum, dominandi cupidum, doctrinae orthodoxae vindicem adversus Ethnicos, Judaeos et haereticos. Hic scriptis et epistolis Nestorium oppugnavit, quibus sua reposuit Nestorius; invocavit et aulam et Patr. Antiochenum et Rom. Tandem *Anathematismis* doctrinam *τοῦ θεοτόκου* vindicavit, metuens, ne Nestorius divinae Jesu naturae vim inferret.

Cum vero Ecclesia Syro-Asiatica plerumque Nestorio faveret et auctore Johanne, Patr. Antiocheno, Theodoretus, Ep. Cyr. Anathematismos publice refutaret, Theodosius convocavit Concilium Ephesinum (431), in quo, dominante Cyrillo, ante adventum Epp. Syrorum, Nestorius damnabatur. Hi vero adventantes mutuo Cyrillum et Memnonem, Ep. Ephesinum, condemnarunt. — Post varias lites et legationem, a Cyrillo Constantinopolin missam, Nestorius in monasterium cessit. Verum perdurarunt lites Episcoporum inter se, et Conciliorum opposita decreta, quibus *schisma Ecclesiae* constituebatur, donec Nestorius, post varia fata adversa, diem obierat (435).

Post Nestorii mortem, Nestorianos (Simonianos dictos) persequebantur edicta publica, auctore Cyrillo; quae quidem fata eorum adversa in dies aucta fuissent, nisi a°. 444 succubuisset Cyrillus.

Nestoriani Edessae maxime scholam habuerunt, unde in Persidem aufugerunt, ibique sedem satis tutam nacti, sese dicebant *Christianos Chaldaicos*. Hinc per alias Orientis regiones dispersi, in India dicebantur *Christiani Sancti Thomae.* Scholas condiderunt et nosocomia. Literas Graecas ad Orientem traduxerunt et Arabes literas docuerunt. [1])

§ 56.

Eutychiani et *Monophysitae.*

Quo vehementius suam agerent caussam Orthodoxi, eo plures lites de Θεανθρώπῳ excitabantur. E Nestorianismi et Cyrilli litibus exstitit *Eutychianismus*, qui ad lites duxit *Monophysiticas*.

1. *Eutychiani.* 444-451.

Ecclesia Aegyptiaca sociam habuit Palaestinensem; adversariam vero orientalem Asiaticam. Hanc plane Nestorianam dixit Dioscuros, Cyrilli successor, homo ferventissimus, qui Nestorianos ubivis persequebatur et Aegyptiacam doctrinam orientali Ecclesiae imponere voluit.

Hinc novae lites. Eutyches, Abbas Co., opem ei tulit, quem accusabat Eusebius, Ep. Phryg. — Docuerat enim humanam Jesu naturam coaluisse cum divina cumque ante nativitatem binas habuisse naturas, postea unam. Damnata ipsius sententia in Conc. Const. ἐνδημοῦσα (448), auctore Flaviano, Patr. Co., ipse provocabat ad Concilium Oec., quod iterum Ephesi congregaba-

1) Cff. fontes, laud. a GIESELERO l. l. 1: 440.

batur (449) (σύνοδος ληστρική, Syn Latronum), in quo decreta Nicaeno-Ephesina sanciebantur et Eutyches, Imperatore favente, orthodoxus declarabatur.

Mortuo vero Theodosio II. (450), alia evasit vis politica in Ecclesiam. Ope Pulcheriae, Flaviani fautrice, *Concilium Chalcedonense* convocabatur (451), quod abrogavit Ephesini Concilii vim, Eutychen damnavit et doctrinam orthodoxam constituit: *duas naturas arctissime esse conjunctas in una persona.*

2. *Lites Monophysiticae.* (451—553).

Concilii hujus Chalcedonensis doctrina, ab Imperatore sancita, ansam dedit variis litibus. Dimisso enim Concilio, Monophysitae, inprimis Monachi Aegyptiaci, furore procedebant, cum in Palaestina, duce Theodosio, Monacho, tum maxime in Aegypto, ubi primum dicebantur *Monophysitae*, et schisma oriebatur, ab Ecclesia Chalcedonensi diversum. — Postea vero dubia fuit fortuna Monophysitarum pro vario Imperatorum favore (757—477), donec Zeno (477—491), Chalcedonensium fautor, *Henotico* universa capita constituit, missis peculiaribus sententiis, et pacem Ecclesiae stabilire studuit. Verum spem fefellit eventus. Contra variae partes inter Christianos exstiterunt; *Monophysitae* acriores, *Acephali* vulgo dicti; *Chalcedonenses* acriores et moderatiores utriusque partis. Tandem, Imperatore Justino (518—527), victoriam reportavit caussa Chalcedonensis, licet litibus et tumultibus universa turbaretur Ecclesia. — In ipsa enim urbe *Alexandria* lites exagitabantur Monophysitarum inter se. Exstiterunt in iis *Severiani* (Φθαρτολάτραι), *Julianistae* (Ἀφθαρτοδοκῆται) et inter hosce ipsos *Agnoëtae*, s, *Themistiani*, Ἀκτιστηταί, et Κτιστολάτραι, aliique plures. — Justiniano

regnante (527—565) surrexerunt *Θεοπασχῖται*, cum ipse formulam: ***Deum fuisse passum***, in Liturgia susciperet (533).

Uti vero lis litem peperit, ita in Monasteriis Palaestinensibus ***lis Origenistica*** accessit, qua factum, ut tandem, auctore Imperatore, duce Menna, Patr. Co. in Synodo *ἐνδημούσῃ* damnaretur Origenes (544).

Quam quidem injuriam ut averterent Monophysitae, ***litem de tribus capitulis*** suscitarunt. Illi enim, auctore Theodoro, Metropolita Caesariensi, id effecerunt, ut tres Antiocheni doctores, Theodorus Mopsuestenus, ejusque amici Theodoretus et Ibas Edessenus, haeretici censerentur. Justinianus igitur ***Edictum*** dedit de ***tribus Capitulis*** (544), quod plurimas excitavit in Ecclesia turbas. Has Concilia Constant. (551, 553) componere tentabant. Tandem vero ultimo hocce, Oecum. V. damnabantur tres illi Episcopi et tria capitula constituebantur. Vel sic tamen ad finem hujus aetatis dilacerata erat schismatibus universa Ecclesia.

Dominabatur quidem Ecclesia Catholica, verum in variis regionibus supererant ***Monophysitarum*** sectae. Aegyptiaca enim Ecclesia plerumque Monophysitica fuit ibique diu invaluerunt, uti et in Aethiopia, nomine ***Coptorum***; in ***Armenia*** Persarum fruebantur favore, ***Armenii*** dicti; in Syria et Mesopotamia a Jacobo Baradeo (541—578) ***Jacobitae*** dicebantur; quibus aliisque nominibus insigniti, ad hodiernum usque diem supersunt.

Verbo: integra ita hacce Perido Ecclesia Graeca, in Africa, Asia et Europa, variis litibus et schismatibus

erat impleta, procedentibus illis fere a doctrina de Logo et Θεανθρώπῳ.

§ 57.

Sectae practico-fanaticae inter Graecos.

Dum igitur in Graeco-Orientali Ecclesia theoretica quaeque excolebantur, alii ab Ecclesiae doctrina abierunt, in opposita ruentes. Practica commendabant, Orientalium more, et virtutis Christianae doctrinam, s. ascetice, s. fanatice, inprimis inter Monachos. In his *Audiani*, ab Audio ita dicti, prodierunt (340) in Mesopotamia inter Monachos. Aversantes laxiorem morum in Ecclesia conditionem, ab ea sese separabant. — Rhetorius ejusque asseclae: Γνωσιμάχοι, placita minus curantes, unam πρᾶξιν Christianam fanatice exercebant Alexandriae. — *Messaliani*, s. *Euchitae* mystice et fanatice vagabantur per Mesopotamiam (360); ne de aliis fanaticis dicamus.

§ 58.

Orientalis Theosophiae in Occidente reliquiae.

Non tantum nova ratione Religionem Christianam excolebant et explicabant Graeci, verum Theosophiae orientalis, quae ad Occidentem pervenerat Per. I., reliquiae hac ipsa aetate cernebantur.

Sic *Manichaei* ubivis supererant in Ecclesia, inprimis vero in Africa. Plures passi sunt persecutiones sub Constantino, Valentiniano I. (372), et auctoribus cum

regnante (527—565) surrexerunt *Θεοπασχῖται*, cum ipse formulam: ***Deum fuisse passum***, in Liturgia susciperet (533).

Uti vero lis litem peperit, ita in Monasteriis Palaestinensibus ***lis Origenistica*** accessit, qua factum, ut tandem, auctore Imperatore, duce Menna, Patr. Co. in Synodo *ἐνδημούσῃ* damnaretur Origenes (544).

Quam quidem injuriam ut averterent Monophysitae, ***litem de tribus capitulis*** suscitarunt. Illi enim, auctore Theodoro, Metropolita Caesariensi, id effecerunt, ut tres Antiocheni doctores, Theodorus Mopsuestenus, ejusque amici Theodoretus et Ibas Edessenus, haeretici censerentur. Justinianus igitur ***Edictum*** dedit de ***tribus Capitulis*** (544), quod plurimas excitavit in Ecclesia turbas. Has Concilia Constant. (551, 553) componere tentabant. Tandem vero ultimo hocce, Oecum. V. damnabantur tres illi Episcopi et tria capitula constituebantur. Vel sic tamen ad finem hujus aetatis dilacerata erat schismatibus universa Ecclesia.

Dominabatur quidem Ecclesia Catholica, verum in variis regionibus supererant ***Monophysitarum*** sectae. Aegyptiaca enim Ecclesia plerumque Monophysitica fuit ibique diu invaluerunt, uti et in Aethiopia, nomine ***Coptorum***; in ***Armenia*** Persarum fruebantur favore, ***Armenii*** dicti; in Syria et Mesopotamia a Jacobo Baradeo (541—578) ***Jacobitae*** dicebantur; quibus aliisque nominibus insigniti, ad hodiernum usque diem supersunt.

Verbo: integra ita hacce Perido Ecclesia Graeca, in Africa, Asia et Europa, variis litibus et schismatibus

erat impleta, procedentibus illis fere a doctrina de Logo et Θεανθρώπῳ.

§ 57.

Sectae practico-fanaticae inter Graecos.

Dum igitur in Graeco-Orientali Ecclesia theoretica quaeque excolebantur, alii ab Ecclesiae doctrina abierunt, in opposita ruentes. Practica commendabant, Orientalium more, et virtutis Christianae doctrinam, s. ascetice, s. fanatice, inprimis inter Monachos. In his *Audiani*, ab Audio ita dicti, prodierunt (340) in Mesopotamia inter Monachos. Aversantes laxiorem morum in Ecclesia conditionem, ab ea sese separabant. — Rhetorius ejusque asseclae: *Γνωσιμάχοι*, placita minus curantes, unam πρᾶξιν Christianam fanatice exercebant Alexandriae. — *Messaliani*, s. *Euchitae* mystice et fanatice vagabantur per Mesopotamiam (360); ne de aliis fanaticis dicamus.

§ 58.

Orientalis Theosophiae in Occidente reliquiae.

Non tantum nova ratione Religionem Christianam excolebant et explicabant Graeci, verum Theosophiae orientalis, quae ad Occidentem pervenerat Per. I., reliquiae hac ipsa aetate cernebantur.

Sic *Manichaei* ubivis supererant in Ecclesia, inprimis vero in Africa. Plures passi sunt persecutiones sub Constantino, Valentiniano I. (372), et auctoribus cum

Augustino, tum Leone I. Ep. Ro. et Hunerico, Vandalorum Rege in Africa. Sic vero clam supererant et sese immiscebant Ecclesiae Catholicae.

Peculiarem vero sectam condidit Theosophia Orientalis in Hispania, auctore Prisciliano (379), qui Dualismum et Emanationis doctrinam sua ratione cum Religione Christiana conjungebat Auctoribus vero Episcopis Idacio et Ithacio, damnabantur *Priscillianistae* in Concilio Caesaraugustae (Saragossa) (380), et accusabantur coram Maximo Imp. Licet autem cum Martinus Turonensis, tum alii iis faverent, vel sic tamen, jubente Imperatore, Treviris succubuit Priscillianus (335). Ipso mortuo, secta Priscillianistarum propagabatur et, ad saeculum usque sextum superstes, a Concilio Bragae (563) damnata fuit. 1)

Neque tamen haecce Theosophia Orientalis magnopere sese commendavit *Occidentalibus*. In Africa, Hispania et Gallia hic illic supererat. Romam profugi cesserunt Theosophi.

Placita item *orientalia*, maxime Persica, uti et externa ratio Judaismi inter Christianos, ansam dederant inter Graecos doctrinae *Ignis purgatorii*, quam oppugnabat Pelagius, mitigabat Augustinus.

1) De Vries *de Priscillianistis.*

§ 59.

Peculiaris Doctrina Ecclesiae Latinae.

Augustinianismus et Pelagianismus.

Alia fuit propria doctrinae occidentalis Ecclesiae ratio. Retulit illa plerumque Occidentalium indolem peculiarem. Orientali Ecclesiae cessit Pneumatologiam, Graecae Theologiam; et cum Anthropologiam, tum doctrinam practicam Religionis, de Ecclesia et Sacramentis, excoluit ipsa. Sic quidem inter varias gentes varia excolebantur Theologiae Christianae elementa. — Verum, uti in Graeca Ecclesia discrimen patuit Ecclesiae Aegyptiacae et Antiochenae, ita et occidentalis Ecclesia in duplicem abiit sententiam. Licet enim Occidentales omnino commiscerentur litibus dogmaticis Orientalium, et Orientales litibus Occidentalium, vel sic tamen non nisi obiter eas attigerunt.

De vinculo inter Deum et hominem disputarunt maxime Occidentales, potissimum inter Dei gratiam et liberum hominum arbitrium. — Jam antea Ecclesia Graeca hominis libertatem moralem tuita erat adversus Manichaeos et Montanistas, potissimum Clemens Alex. et Origenes. — Contra vero Ecclesia Afro-Latina, Tertulliano duce, hominis a Deo dependentiam urgebat maxime, ipsamque gratiam divinam necessariam dixit ob hominis peccatoris conditionem moralem ab Adamo inde, a quo tempore in deterius semper ruerat genus humanum. Hancce doctrinam in Occidente inprimis excoluerant Hilarius, Pictaviensis, et Ambrosius, Mediolanensis.

Ulterius vero illam exposuit Augustinus, Ep. Hippon., opportunitate placitorum, a Pelagio prolatorum.

Hicce enim, Britannus origine, in quem studia orientalia magnam habuerant vim, una cum Coelestio *libertatem hominum moralem* vindicavit, ita vero, ut studia moralia in ipso dominarentur prae dogmaticis. — Contra Augustinus dogmaticus erat, animi desiderio et pietate ad Deum ductus. Ex sua ipsius natura duxit hominum imperfectam divinorum obsequendorum praeceptorum rationem. Philosophice cuncta placita ad harmoniam reduxit. Sensim vero in his processit, et sic demum, ut cuncta sibi constarent, ad *Praedestinationis* doctrinam accessit.

(*Litium origo*). Pelagius Romae occurrit Coelestio, Icto (409), uterque Carthaginem abiit (412). Pelagius vero cessit in Palaestinam, ubi eum oppugnabant Hieronymus et Paulus Orosius, Clericus Hispanus, uterque Augustini sectator. Verum in Oriente multos nactus asseclas, in Synodo Hierosolym., praeside Johanne Episcopo (415) et Diospoli (in Paelest.) culpa haereseos liberabatur, dum Coelestius in occidentali Concilio Carthaginiensi excommunicabatur. Orientales vero litem hanc dixerunt litem occidentalem, eamque retulerunt ad Ep. Ro. Innocentium.

Sic quidem Occidentàles suam causam agebant Romae apud Innocentium, missis ad eum tribus Epistolis (416), aeque ac Pelagius literas miserat. Hoc vero mortuo, Zosimus, Ep. Ro. Pelagium et Coelestium insontes declaravit (417); quod cum vehementer displiceret Afris Epp., hi in Synodo Carthaginiensi (418) novem Canones scripserunt adversus Pelagium.

Jam vero *politica auctoritas litibus immiscebatur* iisque finem imposuit. Honorio enim, *Sacrum rescriptum* (418) edenti contra Pelagium et Coelestium, cessit Zosimus *Epistola tractatoria* in gratiam Afro-

rum, subscribenda Epp. occidentalibus. Qui vero subscribere nollent, munere episcopali privabantur, maxime in Italia et Africa septentrionali. Ipse etiam Augustinus cum scriptis, tum in Conciliis, Pelagium ejusque asseclas oppugnabat. Licet vero ad saec. 5. finem usque superfuerint Pelagianae sententiae asseclae, *sectam* tamen non constituerunt.

In *Oriente* autem conjungebatur cum Nestorianismo Pelagianismus, adeo ut in Concilio Ephesino (431) damnaretur. Neque tamen Orientales hancce doctrinam magnopere curabant.

Semipelagianismus. Praedestinatiani.

Interea alii media via procedere voluerunt. Dux iis erat Joh. Cassianus, Monachus Massiliensis in Gallia, e Schytis Moñachis oriundus, in quo patuit ratio Monachorum orientalis. Ad πρᾶξιν litem hancce perducere studuit. Uti Augustinum et postea Prosperum habuit adversarios, ita plures habuit asseclas inter Monachos et Episcopos in Gallia, ubi doctrina illa dominari incepit, uti et in Concilio Arelatensi et Lugdunensi *Semipelagianismus* vindicabatur.

Contra vero fanatice Augustini sententias propugnabant *Praedestinatiani*, quibus, edito libro, *Praedestinatus*, novae lites excitabantur, quae omnem turbabant Ecclesiam occidentalem, donec tandem in Synodo Arausiaca (529), auctoribus Valentiniano et Bonifacio II. Ep., Ro. victoriam reportavit Augustinianismus prae Semipelagianismo, jam damnato. [1])

1) Praeter VOSSII, NORISII, aliorumque scripta (laud. a GIESELERO I,

§ 60.

Doctrina Augustini, Pelagii, Cassiani.

Philosophati erant de origine mali in mundo Orientales, maxime Gnostici et Alexandrini; de ***origine mali in homine*** disputabant Occidentales, ita vero, ut practica Occidéntis ratio in hisce pateret, et mali in homine effectus attenderent atque conditionem naturae nostrae moralis exponerent. Sic factum est, ut disputarent de ***libero arbitrio*** et ***gratia divina***; de ***peccati origine***, de ***paedobaptismo*** necessario, deque ***praedestinatione.***

Originem depravationis humanae ab Adamo repetebant omnes Christiani; sed ante Pelagium paucis de ea philosophabantur. Vitiositatem autem animae ab Adamo ad nos fuisse propagatam, probaverant Occidentales, maxime Tertullianus et Ambrosius. — Hancce doctrinam plane explicuit Augustinus, qui distinxit inter statum naturae nativum et statum peccati. Peccatum originis propagatum dixit libidine sentiendi, s. concupiscentia, ab Adamo inde, cujus igitur et reatus et culpa propagatur; quippe Adamus personam gerebat generis humani, adeo ut nobis imputetur peccatum Adamiticum. Docuit ita physicam et moralem depravationem. — Contra Pelagius moralem hominum conditionem eandem esse, quae Adami ante lapsum fuerat, statuit, physicam propagationem peccati (s. ex traduce) negavit et impu-

---

420 ff) maxime WIGGERS, *Pragm. Darstellung des Augustinismus und Pelagianismus* I. Berl. 1821. II. Hamb. 1833 — GEFFKEN, *Hist. Semipelagianismi.* Gött. 1826.

tationem peccati Adamitici, quippe unice imitando malum propagari statuens.

Quam de *libero arbitrio* antea *Patres Graeci* docuerant sententiam, libertatem moralem homini tribuentes universe, hanc accuratius exposuit Pelagius. Statuit hominem e libera voluntate etiam nunc valere facultate eligendi bonum inter et malum; gratiam vero divinam, licet homini non necessariam, opem ei ferre agenti, secundum merita sua. — Augustinus vero statuit, hominem non amplius valere illo libero arbitrio, sed ipsum, peccati servum, bonum eligere posse negavit, nisi opem ei ferat gratia divina, cui omnia bona in homine tribuit et in qua distribuenda Deus pro libero arbitrio versatur. Gratiam dixit praevenientem (praeparantem), operantem, coöperantem, perseverantem, irresistibilem.

Ex eodem illo fonte petenda est eorum de *paedobaptismo* sententia, quem Augustinus necessarium dixit ad salutem adipiscendam, ob peccatum originis; Pelagius non item. — Inprimis vero Augustinus propterea suam explicuit doctrinam de *Praedestinatione absoluta*, qua Deus nonnullos homines ante mundum conditum ad salutem destinaverit, nulla habita ratione conditionis moralis. Quae cum sit immutabilis, perseverantiam Sanctorum docuit. Quaenam autem fuerit ejus sententia de duplici praedestinatione, minus aperte patuit. — Pelagius vero antea *praedestinationem conditionatam* docuerat.

---

1) VOIGT, *Comm. de theoria Augustiniana, Pelagiana, Semipela-*

§ 60.

Doctrina Augustini, Pelagii, Cassiani.

Philosophati erant de origine mali in mundo Orientales, maxime Gnostici et Alexandrini; de *origine mali in homine* disputabant Occidentales, ita vero, ut practica Occidéntis ratio in hisce pateret, et mali in homine effectus attenderent atque conditionem naturae nostrae moralis exponerent. Sic factum est, ut disputarent de *libero arbitrio* et *gratia divina*; de *peccati origine*, de *paedobaptismo* necessario, deque *praedestinatione.*

Originem depravationis humanae ab Adamo repetebant omnes Christiani; sed ante Pelagium paucis de ea philosophabantur. Vitiositatem autem animae ab Adamo ad nos fuisse propagatam, probaverant Occidentales, maxime Tertullianus et Ambrosius. — Hancce doctrinam plane explicuit Augustinus, qui distinxit inter statum naturae nativum et statum peccati. Peccatum originis propagatum dixit libidine sentiendi, s. concupiscentia, ab Adamo inde, cujus igitur et reatus et culpa propagatur; quippe Adamus personam gerebat generis humani, adeo ut nobis imputetur peccatum Adamiticum. Docuit ita physicam et moralem depravationem. — Contra Pelagius moralem hominum conditionem eandem esse, quae Adami ante lapsum fuerat, statuit, physicam propagationem peccati (s. ex traduce) negavit et impu-

---

420 ff) maxime WIGGERS, *Pragm. Darstellung des Augustinismus und Pelagianismus* I. Berl. 1821. II. Hamb. 1833— GEFFKEN, *Hist. Semipelagianismi.* Gött. 1826.

tationem peccati Adamitici, quippe unice imitando malum propagari statuens.

Quam de *libero arbitrio* antea *Patres Graeci* docuerant sententiam, libertatem moralem homini tribuentes universe, hanc accuratius exposuit Pelagius. Statuit hominem e libera voluntate etiam nunc valere facultate eligendi bonum inter et malum; gratiam vero divinam, licet homini non necessariam, opem ei ferre agenti, secundum merita sua. — Augustinus vero statuit, hominem non amplius valere illo libero arbitrio, sed ipsum, peccati servum, bonum eligere posse negavit, nisi opem ei ferat gratia divina, cui omnia bona in homine tribuit et in qua distribuenda Deus pro libero arbitrio versatur. Gratiam dixit praevenientem (praeparantem), operantem, coöperantem, perseverantem, irresistibilem.

Ex eodem illo fonte petenda est eorum de *paedobaptismo* sententia, quem Augustinus necessarium dixit ad salutem adipiscendam, ob peccatum originis; Pelagius non item. — Inprimis vero Augustinus propterea suam explicuit doctrinam de ***Praedestinatione absoluta***, qua Deus nonnullos homines ante mundum conditum ad salutem destinaverit, nulla habita ratione conditionis moralis. Quae cum sit immutabilis, perseverantiam Sanctorum docuit. Quaenam autem fuerit ejus sententia de duplici praedestinatione, minus aperte patuit. — Pelagius vero antea ***praedestinationem conditionatam*** docuerat.

---

1) VOIGT, *Comm. de theoria Augustiniana, Pelagiana, Semipela-*

Medii inter utrumque intercedebant *Semi-Pelagiani*. Cassianus peccatum docuit originale et depravationem. Simul vero gratiam Dei necessariam et liberum hominis arbitrium; cujus utriusque vinculum nos non novimus. — Cuncta vero haec placita, doctrina *amoris*, quam e disciplina Chrysostomi petierat, et studiis virtutis colendae conjunxit. — Hanc item doctrinam oppugnavit rigidior Augustinus, docens Praedestinationis doctrinâ nonnullos quidem abuti; sed usum non tollere abusum.

Hoc sane sententiarum discrimen per plura saecula turbavit Ecclesiam Christianam Occidentalem.

§ 61.

Theologiae Christianae origines.

Varia igitur fuit in Oriente, Constantinopoli et in Latina Ecclesia doctrinae theologicae ipsiusque Theologiae conditio. Theologi varias disciplinas theologicas excolebant, et Theologorum sententias de rebus dogmaticis et exegeticis compilabant *Catenis et sententiis Patrum*, Procopius Gazaeus (c. 520), Primarius, Cassiodorus (560) et, exeunte hacce aetate, Isidorus Hispalensis († 636). Ad disciplinae vero rationem nondum informabatur Theologia. — Dum vero de dogmatibus disputabant, Politici sua auctoritate ea stabiliverunt, unde Constantinopoli Theologia aulae invaluit; Latina contra Ecclesia auctoritatem ecclesiasticam eis conciliarunt. In hac potissimum vim habuit Augustinus.

---

giana et Synergistica in doctrina de peccati orig., gratia et libero arbitrio. Gött. 1829.

Valuerunt maxime *Concilia* eorumque *Symbola* ad constituendam Theologiam.

---

§ 62.

Conspectus Historiae Ecclesiae antiquae.

Ingressa igitur erat Religio Christiana Orbem antiquum; gentes maxime Orientales, Graecos et Romanos, ad finem vergente ultimo hujus orbis Imperio, Romano illo. Oborta illa invenerat genus humanum Polytheismo et depravationi morali deditum, Religiones fastidiens, quas secuti erant homines. Simul tamen in iis patuit ingenii humani vis, licet philosophi, erroribus, dubiis et oppositis sibi invicem placitis, indulgentes, meliorem praesignificarent et praepararent generi humano conditionem.

Hanc vero ipsi dedit Christus, Dei filius, qui Deum hominibus patefecit, et ad vitam sublimiorem homines excitavit. Verum homines humano more divinam Religionam pertractarunt. Cultui Graecorum et Romanorum, qui ceterarum gentium cultum superabat, sese immiscuit Religio Christiana, eumque sensim emendare et evehere studuit. Plura assumsit antiqui Orbis elementa, et ita magis magisque gentes antiquas instituere coepit. Ipsa ex ignobili Palaestina per omnes classes hominum et Societatis, fermenti instar, penetravit; tandemque omnem Societatem, ipsam etiam sedem imperii, occupavit, adeo ut in fine Historiae antiquae dominaretur illa in gentibus antiqui Orbis cultioribus. Neque tamen illae capaces erant, quae intelligerent ac perciperent sublimiorem, qua bearet genus humanum, indolem. Hinc in externam plane rationem abiit, licet

hic illic existerent viri, qui sublimiorem ejus indolem excitarent. Divina ita Religio semina jecit altioris cultus in genere humano.

Ex Orbe vero antiquo adiit illa Orbis recentioris gentes, in Europam advenas, illisque subsidium praebuit, quo ad maturiorem conditionem eamque moralem procederent.

PARS SECUNDA.

HISTORIA

ECCLESIAE CHRISTIANAE MEDIA.

600 — 1520.

§ 63.

Historia Ecclesiae media.

Historia Eccl. Chr. media complectitur medium, quod vulgo dicitur, aevum, seu fata Rel. Chr. maxime in gentibus Neo-Europaeis, incultiori aetate; inde ab ineunte saec. septimo ad Reformationem. Novum ita orbem ingreditur Rel. Chr., scilicet Neo-Europaeum. Advertit gentes, rudes ac barbaras, illo, quo gaudebant jam antiqui orbis gentes, cultu destitutas atque adeo etiamnunc excolendas. In his cultus elementa excitare eaque inter ipsas evehere debebat. Sic quidem harum gentium excolendarum officium ipsa in se suscepit Religio.

Hisce vero gentibus Neo-Europaeis tradebatur illa non eadem, qua antiqui orbis gentes eam acceperant, forma, sed magis exculta, accommodata ad generis humani

commoda provehenda, depravata item ad earum sentiendi cogitandique rationem et pluribus permixta elementis cultus Graeci atque Latini, potissimum ad externam jam composita gentium rationem, qua fere internae indolis vis periit. Fonti Codicis s. alius addebatur fons Traditionis. Ita vero hisce gentibus, primum excolendis, principium infundebatur religiosum, quo Rel. Chr. arctissime conjungebatur cum omni gentium conditione, adeo ut Historia medii aevi revera exstiterit *historia sacra*, s. *ecclesiastica*.

Valuit adeo corrupta illa Religio inter gentes barbaras, quantum Religio valere potuit inter ipsas, altioris et spiritualis doctrinae nondum capaces. — Videmus autem hac aetate victoriam reportantem Religionem Chr. de Ethnicismo Germanico, Scandinavico, Slavonico.

Duas continet Periodos Historia Ecclesiae media, quarum *prior* ad Hildebrandum et Schisma Ecclesiae Graecae et Latinae; *altera* ad Reformationem procedit. — Constituunt illae Periodos tertiam et quartam Historiae Ecclesiasticae.

Periodus Tertia.

A GREGORIO I. s. MAGNO ET MUHAMMEDE AD HILDEBRANDUM ET SCHISMA ECCL. GRAECAE ET LATINAE.

600 — 1054.

§ 64.

Periodi indoles.

Constituta jam in gentibus Europae permultis, et a Politicis informata, Religio Christiana magis magisque Societatis rationem referebat. Neque tamen hisce continebatur terminis inter gentes Neo-Europaeas. Sacra evasit omnis politica gentium conditio et dominari incepit, quae antea constituta erat, Religio; adeo ut aetatis hujus *indoles* fere dignoscatur *publicae Religionis Imperio.* Regnabat Hierarchia. Ipsa vero eam habuit vim, ut cum doctrina, tum Societatis ratio in pejus continuo ruerit, licet magis magisque in ipsam penetraret hominum vitam. Suscepit enim ipsa Doctrina Hierarchiae et dominandi studia, ut regnaret prorsus doctrina Ecclesiastica, et Monarchicam formam induit in Europa

commoda provehenda, depravata item ad earum sentiendi cogitandique rationem et pluribus permixta elementis cultus Graeci atque Latini, potissimum ad externam jam composita gentium rationem, qua fere internae indolis vis periit. Fonti Codicis s. alius addebatur fons Traditionis. Ita vero hisce gentibus, primum excolendis, principium infundebatur religiosum, quo Rel. Chr. arctissime conjungebatur cum omni gentium conditione, adeo ut Historia medii aevi revera exstiterit *historia sacra*, s. *ecclesiastica*.

Valuit adeo corrupta illa Religio inter gentes barbaras, quantum Religio valere potuit inter ipsas, altioris et spiritualis doctrinae nondum capaces. — Videmus autem hac aetate victoriam reportantem Religionem Chr. de Ethnicismo Germanico, Scandinavico, Slavonico.

Duas continet Periodos Historia Ecclesiae media, quarum *prior* ad Hildebrandum et Schisma Ecclesiae Graecae et Latinae; *altera* ad Reformationem procedit. — Constituunt illae Periodos tertiam et quartam Historiae Ecclesiasticae.

Periodus Tertia.

A GREGORIO I. s. MAGNO ET MUHAMMEDE AD HILDEBRANDUM ET SCHISMA ECCL. GRAECAE ET LATINAE.

600 — 1054.

§ 64.

Periodi indoles.

Constituta jam in gentibus Europae permultis, et a Politicis informata, Religio Christiana magis magisque Societatis rationem referebat. Neque tamen hisce continebatur terminis inter gentes Neo-Europaeas. Sacra evasit omnis politica gentium conditio et dominari incepit, quae antea constituta erat, Religio; adeo ut aetatis hujus *indoles* fere dignoscatur *publicae Religionis Imperio.* Regnabat Hierarchia. Ipsa vero eam habuit vim, ut cum doctrina, tum Societatis ratio in pejus continuo ruerit, licet magis magisque in ipsam penetraret hominum vitam. Suscepit enim ipsa Doctrina Hierarchiae et dominandi studia, ut regnaret prorsus doctrina Ecclesiastica, et Monarchicam formam induit in Europa

Societas Christiana. Ex Asia tamen, auctore Muhammede. magnam partem fugata, viguit potissimum inter Europae gentes recentiores.

Sectio Prima.

HISTORIA PUBLICA RELIGIONIS CHRISTIANAE.

Turbata ac propagata Religio.

§ 65.

Sectionis argumentum.

Varia fuit Religionis Christianae in Oriente atque Occidente conditio. Qui enim in Oriente surrexit Muhammedes, immutavit magnam partem Orbis orientalis faciem et turbavit Religionis Christianae professionem. Illo auctore, ad altiora, quam antea solebant Orientales, accesserunt Arabes. Per varias Orientis regiones invaluit Islamismus, fugata Religione Christiana.

Contra vero in Europa superavit Religio Chr. magis magisque Ethnicismum Germanicum, Scandinavicum, Slavonicum. Uti autem *sacra* erat et sacerdotalis fere Orientis sub Muhammede ejusque successoribus *conditio*, sacra quoque fuit Europae Germanicae, Hierarchiae ope, ratio. In gentibus Germanicis invaluerunt

Franci, auctore Carolo M., qui multum valuit ad excolendam Europam; sed invadentibus Normannis et Hungris, corruit vastissimum illud regnum et in Austrasia vis summa cernebatur, ducibus Ottonibus. Inprimis vero ex Anglia per Europam Germanicam *propagabatur* Religio. Invaluit ita cum per Heptarchiam Anglo-saxonicam, tum, Monachorum ope, maxime Bonifacii, Germanorum Apostoli, uti et politica Caroli et Ottonum auctoritate ac vi militari, per vastum Francorum Imperium. Ex Europa vero occidentali et Germanica eam accepit Europa septentrionalis, auctore potissimum Ludovico Pio, Apostolo Anschario; uti Europa Slavonica ab Oriente, Methodio et Cyrillo Apostolis. — Communibus hisce conatibus factum est, ut parvae superessent Ethnicismi in Europa reliquiae.

§ 66.

Ecclesiae Christianae in Oriente conditio. [1])

In Oriente Ecclesia Christiana distributa erat, praeter alias sectas, inter Orthodoxos, Monophysitas et Nestorianos. — In Persia multis malis obnoxii erant *Orthodoxi* Christiani, maxime tempore bellorum Persarum cum Romanis, in Palaestina (614) et Aegypto (615-616). Victoriis vero Heraclii, Imp., (622-628) pax iis fuit restituta. — Sub Justiniano ex *Aegypto ecclesia Monophysitica* transferebatur in Nubiam, ubi regnum condebatur Christianum.

Nestoriani, s. Chaldaei Christiani, inprimis operam

1) Cf. ASSEMANNI *Bibl. Orient.* T. III. — MOSHEMII, *Histor. Eccl. Tatarorum*, App. No. 12.

praestiterunt in propaganda Religione. Faventibus primum Persis, postea Saracenis, penetrarunt ad interiores Asiae regiones. Auctore Patriarcha Timotheo (778-820), Missiones condiderunt in regionibus prope Mare Caspicum, in India Orientali et Sina, uti videtur.

Verum aliam cladem subiit Ecclesia orientalis, exorto Muhammede.

§ 67.

Religio Christiana fugata ex Oriente per Islamismum.

Dominabantur in Oriente cum Byzantini, tum Persae. Novo vero vigore surrexerunt *Arabes*, altiora spirantes, quam quidem vulgo solebant Orientales. Vastissimum condiderunt illi Imperium, auctore Muhammede, per Arabiam, Persiam, Syriam, Mesopotamiam, Aegyptum, septentrionales Africae regiones et Hispaniam adeo, quod Chalifis suberat: unde nova prorsus exstitit Orbis orientalis conditio.

Scilicet saec. 7. exstitit inter Arabes, Sabaeismi cultores, Muhammedes (611. n. 569), vir fanaticus ac voluptati deditus; postea pia fraude usus, et vindictam spirans, studioque flagrans, ut Polytheismo opponeret Monotheismum orientalem. — Quam primum (611) clam cum familiaribus, eam postea publice cum Meccanis communicavit, Religionem. Mecca autem Medinam secessit (622) (Hedschira). Postea ipsam Meccam occupavit idem Arabum Propheta simul et Princeps (630), quo moriente (632), per universam fere Arabiam dominabatur haecce Religio.

Fatis prosperis usus est *Islamismus*. Chalifae, Muhammedis successores, maxime regna invaserunt cum Byzantinum, tum Persicum. *Syriam* occuparunt Abubeker (†634) et Omar, idemque *Mesopotamiam* et *Aegyptum* (640); uti Osman *Neo-Persas* subegit. Deinceps secesserunt Ommyades per *Africae* oras septentrionales (707), ipsam tandem *Hispaniam* subegerunt, ibique, Asturiis exceptis, fixas sedes nacti sunt.

Singulas hasce gentes communi ligavit vinculo Islamismus, non civili tantum, sed inprimis religioso. Uti enim Orientales, superioribus saeculis, s. placita quaedam Christiana, s. omnem illam Religionem, suis cum doctrinis conjunxerant, ita ille perfecit, quod inchoaverant Gnostici, Manes et Montanus, et ulterius etiam, quam illi, processit. Quippe e Mosaismo, emendato placitis Christianis, Religionem condere studuit monotheisticam, ac plane orientalem. Quam enim primum commendavit peculiarem Arabum Religionem, hanc postea universo Orienti adaptavit.

Islamismi primarium erat placitum: *Unus est Deus et Muhammedes summus ejus Propheta.* Hominis, plane a Deo omnipotente pendentis, docuit immortalitatem et futuram vitam. Una cum precibus plura iis imposuit pietatis exercitia, externa fere; potissimum lotiones, peregrinationes Meccanas, liberalitatem erga pauperes ac miseros et bellum adversus infideles.

Haecce quidem Religio pugnam iniit cum Religione Christiana, quam generis humani Religionem, hisce temporibus vehementer corruptam, fugavit Islamismus, s. Religio Orientalium, incultae, qua versabantur, aetati apta. Sese enim accommodavit fanatismo, plurimisque

vitiis et erroribus Orientalium et praeterea armorum vi adjuvabatur. Sic, restituendo Monotheismo, praeparavit Orbem orientalem, qui, provectiori aetate, Religionem acciperet Christianam. Illi victrici ubivis fere in vastissimo Saracenorum Imperio Religio Christiana locum fecit, superstitibus hic illic inter Mauros et Saracenos Christianis; adeo ut ad Occidentem et Septentrionem fere referri viderentur, adque Byzantinorum, quamdiu superfuit, Imperium. 1) —

1) *Corani* Arab. et Lat. versionem procuravit L. MARACCIUS (Pat. 1698), Germanicam BOYSEN (Hall. 1775) et WAHL (Halle 1828); Gallicam SAVARY (Par. 1783), de quibus conf. CLARISSE *Encyclop. Theol.* (ed II.) p. 217.

De Muhammede et Islamismo e pluribus auctoribus, (de quibus cons. CLARISSE l. l. — TAYLOR, mox laud; — GIESELER I. 722, 723) maxime notandi sunt ABULFEDA, de *vita Muhammedis*, *Arab. et Lat.*, ed. J. GAGNIER, Oxon. 1723. — RELAND, *de Mohammedica Religione*. Ultraj. 1707 et 1715. — BREGUIGNY, *Mém. sur l'établissement de la Religion et de la vie de Mahomet*, obv. in *Mémoires de l'Academie des Inscriptions et des belles lettres*, T. 32. bl. 404-431. Quibus addantur nuperrima scripta: TAYLOR, *Gesch. des Mahomedanismus und seiner Sekten, aus orientalischen Quellen geschöpft.* (aus dem Engl.) Leipz. 1837; — et P. HOFSTEDE DE GROOT, *de Mohammedaansche Godsdienst, uit een Christelijk oogpunt beschouwd*, in *Godgel. Tijdschrift: Waarheid in liefde*, 1838, I. bl. 7-70.

§ 68.

II. *Ecclesia Occidentalis. — Religio Christiana in gentibus Neo-Europaeis constituta.* [1])

I. *Religio gentium Germanicarum ad Caroli M. mortem usque.*

600 — 814.

Dum Saraceni vastissimum condebant in Oriente regnum, gentes Neo-Europaeae magis magisque fixas sedes nactae sunt, inque iis eam vim habuit Religio Christiana, ut et Ethnicismum Germanicum plane superaret, et sacram conderet, ac sacerdotalem fere, gentium conditionem, qua gentes regebat Ecclesia.

In gentibus Neo-Europaeis prae caeteris invaluerant Franci, qui Romanorum partes in Orbe Europaeo agere instituerunt. Reges eorum *Merovingici*, a Pharamundo inde ad a. 751 usque, regnum gubernarunt: verum exortis in iis Regibus, qui homines erant nihili, Praefecti Palatii eorum loco regnabant (673), e quibus exstitit Pepinus, Rex Franciae creatus a°. 752, a quo inde Merovingicis successerunt *Carolingici*. Hi Francorum regnum adversus ceteras gentes tueri et in iis propagare studebant; quo factum, ut litibus et bellis occuparetur fere Historia. Maxime vero vir, hocce aevo princeps, Carolus M. (768), Imperator a Papa R.

1) De omni hocce argumento egi in Comm.: *Het Christendom in de Middeleeuwen*, in *Archief voor Kerk. Gesch.*, *vooral van Nederl.* D. II. p. 67-241 (Germanice in ILLGEN *Zeitschr. f. d. Hist. Theol.* V. 67-200.)

salutatus (800), Romanorum velut successor Imperatorum, victoriis de Avaris, Slavonibus, Frisiis, Saxonibus et Hispanis reportatis, Imperium condidit Europaeum vastissimum per Galliam et Italiam, ceterasque regiones Neo-Europaeas superiores.

Mortuo vero Carolo (814), continue in varias partes distribuebatur illud Imperium, adeo ut Austrasia, Neustria, Burgundia, et postea Gallia, Germania et Italia, peculiares partes, a se invicem separatae, factae sint.

Inde anarchia saepe orta fuit, Imperio interna vi destituto. Accesserunt vero, uti Saracenorum in occidentalem, ita Normannorum in septentrionalem et Hunnorum atque Slavonum in orientalem Europam invasiones et vastationes, unde saeculum, q. d. ferreum, s. 10. exstitit in Europa. — Interea tamen Heptarchiam Anglo-saxonicam communi regni vinculo conjunxerat, saec. 9, Alfredus, cultus Europaei cum Carolo M. stator.

Tandem vero exstinctis Carolingicis (900) successerunt *Saxonici*, maxime Henricus Auceps, et Otto I (936), qui Imperium Romanum ab Europa Latina ad Germanicam, ab occidentali Europa ad mediam Europam, adduxit, Germanicas gentes conjunxit Imperio, et alias gentes, maxime Slavones, subigere tentavit. Saxonici autem (1000) locum cesserunt Imperatoribus *Franconicis*. [1])

1) De conditione gentium consulant commilitiones, praeter DUCHESNII, (*Hist. Francorum Scriptores coëtanei.* V. T. 1636-1649) M. BOUQUETII, (*Rerum Gall. et Franc. Scriptores*, XVII vol. 1738-1818) et BALUSII, (*Capitularia Regum Francorum*), FREHERI, ECCARDII, CANISII, LEIBNITZII, Collectiones; — PFISTER, *Gesch. der Teutschen.* I. et LAPPENBERG, *Gesch. Englands.* — BÖTTIGER, *Gesch. des Kurstaates u. Königreichs Sachsen*, I. obvia in collectione HEEREN u. UKERT, *Gesch. der Europ. Staaten.* — MÖSER, *Osnabr. Gesch.* Berl. 1780. —

Communi vinculo ligavit hasce gentes Religio Christiana, quae simul subsidia praebuit earum, a nomadica vita ad cultiorem rationem procedentium, excolendarum. 1)

Gentes Europae Latinae atque occidentalis jam Per. II. ab Ariana fide ad Catholicam, s. Romanam, transierant. Nunc vero Roma magis magisque videbatur meditullium Europae recentioris, et culturae Europaeae mater. Hosce Romanae Eccl. conatus adjuvit Francorum dominatio et universe politica ratio; uti ipsius Caroli M. victoriis ad Frisios et Saxones accessit Religio Christiana.

Quam enim Monachi et Missionarii propagabant, atque Episcopi constituebant, Religionem, hanc acriter plerumque tuebantur Reges et Imperatores; Europa vero Ethnica communi velut consensu eam oppugnabat.

Ex Francia, et inprimis ex Anglia, *processit Religio* Christiana *ad gentes Germanicas.* — Eremitae ac Monachi e Francia processerunt ad Rhenum; ex Irlandia

---

Tum et SPITTLER, *Entwurf der Gesch. der Europ. Staaten*, Berlin 1802, et in SPITTLERI, *Sämmtl. Werke*, T. 3 u. 4. — LEO, *Lehrbuch der Gesch. des Mittelalters.* Halle. 1829, I. — EICHHORN, *Deutsche Staats- u. Rechtsgesch.* Gött. 1821 (3. Ausg.) I. — De Francis CASSIODORI — GREGORII TURONENSIS, — JORNANDI et PROCOPII Opera historica. De Anglis HUME, *Hist. of Engl.*

1) Fontes de propagatione Evangelii per Germaniam accurate indicavit GIESELER, l. l. II. 1. 17, 18, e quibus maxime css. BONIFACII, *Epistolae.* Mogunt. 1695 et 1629. — PERTZ, *Monumenta Germaniae historica.* — SCHMIDT, *Beiträge zur Kircheng. des Mittelalters*, Giess. 1796. — LÖFFLER, *Bonifacius*, Gött. 1812; — praeter *Annales Sanctorum et Monach. Ord. Bened.*, a MABILLONIO editos. — HERWERDEN, *Comm. de iis, quae a Carolo M., tum ad propagandam Religionem Chr., tum ad emendandam ejus docendi rationem, acta sunt.* Lugd. 1825. — STRESO, *Constantijn en Charlemagne.* — LORENTZ, *Alcuinus Leben*, et inprimis NEANDER, a. a. O. III: 1-163. — GIESELER, a. a. O. passim

et Anglo-saxonia in ipsam Scotiam et Hiberniam penetrarunt. Ex ipsa Anglia Monachi processerunt in alias Europae Germanicae regiones. — Ita Columbanus primum in Gallia, versatus est, deinde inter Suevos, Bojaros et Francos (590-615) ejusque sodalis Gallus inter Helvetios ceterosque Suevos (Schwaben); Kilianus Scotus (†689) inter Austrasios, s. Francos orientales Ruprechtus (†718) inter Bojaros; Corbinianus (†730) aliique plures; et post annum 690 Monachi Anglo-saxones in Frisiam et Saxoniam, profecte sunt uti Willebrordus (†736), uterque Ewaldus, Suidbertus (†713), alii.

Plura vero praestitit Winfridus, s. Bonifacius, Germaniae Apostolus, qui Hassos, Thuringos ac Bojaros docuit Religionem Christianam († 755), ejusque discipuli, Gregorius, Abbas Ultraject. (†781) et Abbas Sturm, in Germania et Italia.

Supererat *Ethnicismus inter Frisios et Saxones*, qui non nisi elementa Rel. Chr. tenebant. Horum convertendorum curam in se suscepit Carolus M., qui ubivis, una cum Imperio suo, Religionem Christianam propagavit, vi, armis et poenis usus. Libertatis vero simul et Religionis proavorum amantissimi, Frisii et Saxones tandem et Imperio et Religioni victrici succubuerunt (794, 804). Inter eos maxime Ludgerus est commemorandus (†806). Caroli ope ad Romanam Ecclesiam adducebantur. Simul vero Imperator Avaris, s. Hunnis in Hungria, prudenti usus Alcuini ope, obtulit Religionem Christianam. — Sic ille, e Francia procedens, Religionem Christi constituit per gentes plurimas Germanicas, quam quidem plurimae retinuerunt, licet Imperii Francia vis inter eas frangeretur.

§ 69.

Religio Christiana Ethnicismi, in Europa septentrionali, s. Scandinavia, victrix.

806 — 1075. [1])

Normanni, qui in regionibus Christianis oppugnarunt Christianos, in propria sua sede, Scandinavia et insulis Borealibus, per duo saecula, certamen instituerunt Ethnicismum inter et Christianismum.

Gentes Finnicae maximam partem Scandinaviae occupabant; in occidentali autem parte (Dania et Suecia inferiore) Gothi, s. Germani, habitabant. Franci vero, aeque ac Germani, eorum rebus continue sese immiscuerunt.
A Germanis et Francis Religionem Christianam acceperunt Sueones, Gothi et ceteri Scandinavi, s. Normanni, Odinismi strenui vindices. Cum vero politicae opportunitates Ludovici Pii auxilium in Jutlandiam invocarent (822), simul iis commendabatur fides Christiana, ope Monachorum, maxime Anscharii, Septentrionis Apostoli (n. in Gallia 801). Hic (826) in Daniam mittebatur, mox (829) in Sueciam, et Normannis, Christianorum adversariis, restitit. In Galliam reversus, Albingiae Septentrionalis Archiepiscopus creatus est, (cui sedes Hamburgia constituebatur, postea conjuncta

---

1) ADAMUS BREMENSIS *H. Eccl.* IV. — PERTZ, *Monumenta.* II. — MÖSER, *Osnabr. Gesch.* — MÜNTER, *Kirchengesch. von Dänemark.* — SCHLEGEL, *Kirchengesch. des nördl. Deutschl.* — DAHLMANN, *Gesch. v. Dänemark.* — GEYER, *Gesch. v. Schweden* — in HEEREN U. UKERT, *Gesch. der Europ. Staaten.* — De *Anschario*: E. C. KRUSE, *St. Anschar*, Altonae. 1823. Ej. *St. Vicelin*, Alt. 1826 — NEANDER, a. a. O.

cum Bremensi Episcopatu) (849). In Dania infausta Religionis fata fuerunt, ubi, resistentibus continuo Normannis, Anscharius nonnisi fundamenta Ecclesiae Christianae condere potuit.

Felicius vero ille operam navavit in *Suecia*, ubi populus, cui mercaturae maxime ope innotuerat, Religioni Chr. favit. Licet vero Normanni (845) Gaubertum fugarent, vel sic tamen ab anno 851 Ardgar et (853) Anschar, favente Ludovico Pio, ita laborarunt, ut publice stabiliretur R. C. Mortuo vero Anschario (865), oblatam a Germanis Religionem accipere recusabant Normanni, et nisi Missionarios adjuvarent causae politicae, successu plerumque caruit Euangelii propagatio.

Postea in Dania Christianis, multis malis obnoxiis, pacem promovit Rex Gurm (934), dedit Rex Harold et Knut Magnus, Anglorum ac Danorum Rex (1014), qui publice eam constituit, Ecclesia Danica Romanae addicta (1027). Inprimis ibi operam navarunt Rimbertus et Unin.

In *Suecia* plures Missionarii Anglo-saxonici continuis sese opposuerunt litibus et bellis, donec tandem Rex Olof (1008) Religionem Chr. publice constituit et Rex Inge (1075) cultum Ethnicum prohibuit.

Acrius autem Normanni in *Norvegia* Christianos oppugnabant: verum et expeditionibus, et ipsis Regibus, tandem iis innotuit Religio. Hi cum ipsis Norvegis de illa pugnarunt. In primis vero Rex Hakon (945), Danorum Rex Harald (967), Olof Trygueson (1007) et Olof pinguis (1017), Norvegiam converterunt ad fidem Christianam.

Insulas Boreales, quas Normanni invaserant, idem ille Norvegorum Rex, Olof Trygueson, ad illam fidem profitendam convertit; *Islandiam* post annum 1000, *insulas Orcadicas* et *Faroënses* et *Groenlandiam* ab anno 1005.

Sic quidem Germanorum conaminibus, mercaturae ope et Principum vi et auctoritate, eo valuit Missionariorum opera, ut tandem, saec. 10, victoriam reportaverit Christianismus de Ethnicismo septentrionali, s. Odinismo.

§ 70.

Religio Christiana Ethnicismi in gentibus Slavonicis victrix.

800 – 1073. [1])

Religio Christiana sensim per Europam, a meridie ad occidentem, ab occidente ad septentrionem, ab oriente ad Slavonicas gentes processit, ita ut omnem tandem penetraverit Europam.

Scilicet, orientalem Europae partem, a mari Baltico et orientalibus terminis Bojoariae ad Danubium et mare nigrum, incolebant Slavones, stirpis Asiaticae. Quo magis illi penetrabant in Germaniam, eo magis cum Germanis conjungebantur, uti et cum Hungris, in Europam advenis; eorum vero alii conjunctiores erant

---

1) Fontes peculiares laud. et recensuerunt GIESELER a. a. O. II, 1. 393. HASE, l. l., 283. — DOBROUSKY, *Cyrill. u. Methodius, der Slawen Apostel*, Prag 1823. — LEIBNITZ., *Script. rerum Brunswic.* passim. — MONII et MÜNTERI, opera l. — MAYLATZ, *Gesch. der Magijaren.* — NEANDER, IV. 73 ff.

Byzantinis, licet potiori vi dominarentur in eos gentes Germanicae prae Byzantinis. Inprimis in iis recensentur Bulgari, Tartaricae originis gens, qui cum Slavonibus, quorum regiones occupaverant, ex Asia advenae conjungebantur; Moravi (Mähren) quorum regnum (908) dividebatur inter Hungros et Bohemos; Wendi in orientali et septentrionali parte Europae inter Oadrum, Albim et Salam (s. in hodiernis regionibus Borussicis et Saxonicis, Sorbi, Wilsi, Obotrites, al.) inter quos antiquum regnum Wendicum condidit Godeschalcus (1047). — Ethnicismum illi profitebantur orientalem.

Quod parvo successu inceperant Carolus ejusque successores, perfecerunt fere Byzantini, ut Religionem Christianam ad eos perducerent. Prae ceteris Missionariis recensendi sunt Cyrillus et Methodius, Slavonicarum gentium Apostoli: sensim vero, licet multa, inprimis in cultu s. retinerent Slavonica, magis magisque conjungebantur cum Ecclesia Germanica ac Romana. Verum per tria fere saecula certavit Ethnicismus Slavonicus cum Christianismo. Tandem vero hic victoriam reportavit, inprimis auctoritate Principum Missionarios et Episcopos adjuvante. Vel sic tamen plures inter eos Ethnicismi erant tenacissimi.

Haec universe. Jam attendamus singulas gentes Slavonicas ad fidem Christianam conversas.

Carolus M. Religionem Christianam propagare cum in septentrionali, tum in orientali Europae parte, opportunitate victoriae, de Avaris reportatae, Salsburgensi et Loricensi imposuerat Episcopo, maxime inter gentes Slavonicas ad austrum Bojoariae (766), prudenti usus Alcuini consilio. Verum Germanica haecce et Latina cultus ratio

parum profecit. Felicius inter eos laborarunt Byzantini, licet mox cum Germanica Ecclesia arctius conjungerentur.

Prima inter *Bulgaros* propagatio Constantinopoli processit, cum a captivis (813), tum a Rege Bogori (863), nuncio Methodio Monacho, favente Photio, Pat. Co. Mox vero ad Romanam sedem converti videbatur Ecclesia Bulgarica (865), donec tandem Graeca Ecclesia illic constituebatur.

Cyrillus atque Methodius convertere coeperunt *Chazaros*, peninsulam *Krim* habitantes, ubi tamen permixta mansit fides Christiana cum Judaismo, Islamismo et Ethnicismo.

Alia longe fuit ratio Religionis Christianae, inter *Moravos* conditae. Apud eos parum valuerant Caroli M. et Epp. Salsburgensium conamina; magis vero Cyrilli et Methodii (861), Slavonicae indoli sese accommodandi cupidorum. Cyrillus enim, literis inventis Slavonicis, versionem dedit S. Cod. Slavonicam et eorum idiomate cultum s. administravit. — Verum interior cum Germanicis conjunctio politica eos ad Romanam duxit Ecclesiam. Cyrillus, Romam a Papa vocatus (867), illic obiit (868.) Quo mortuo, Methodius, Episcopus inter Moravos creatus (868), ad Christianam fidem eos convertit et Latini sermonis usum in cultu s. sustulit. Verum, item Romam a Johanne VIII vocatus, suam Ecclesiam Romanae addixit, licet majori fruentem libertate, quam ceteris Catholicis erat concessa: qua de caussa in odium incurrit Sacerdotum Germanicorum, et a. 881 Romam profectus, illic, ut videtur, mortuus est. Mox vero evanuit Moravorum regnum.

Sic quidem e Moravia ad *Bohemos* transiit, una cum auctoritate politica, fides Christiana, primum auctore

Byzantinis, licet potiori vi dominarentur in eos gentes Germanicae prae Byzantinis. Inprimis in iis recensentur Bulgari, Tartaricae originis gens, qui cum Slavonibus, quorum regiones occupaverant, ex Asia advenae conjungebantur; Moravi (Mähren) quorum regnum (908) dividebatur inter Hungros et Bohemos; Wendi in orientali et septentrionali parte Europae inter Oadrum, Albim et Salam (s. in hodiernis regionibus Borussicis et Saxonicis, Sorbi, Wilsi, Obotrites, al.) inter quos antiquum regnum Wendicum condidit Godeschalcus (1047). — Ethnicismum illi profitebantur orientalem.

Quod parvo successu inceperant Carolus ejusque successores, perfecerunt fere Byzantini, ut Religionem Christianam ad eos perducerent. Prae ceteris Missionariis recensendi sunt Cyrillus et Methodius, Slavonicarum gentium Apostoli: sensim vero, licet multa, inprimis in cultu s. retinerent Slavonica, magis magisque conjungebantur cum Ecclesia Germanica ac Romana. Verum per tria fere saecula certavit Ethnicismus Slavonicus cum Christianismo. Tandem vero hic victoriam reportavit, inprimis auctoritate Principum Missionarios et Episcopos adjuvante. Vel sic tamen plures inter eos Ethnicismi erant tenacissimi.

Haec universe. Jam attendamus singulas gentes Slavonicas ad fidem Christianam conversas.

Carolus M. Religionem Christianam propagare cum in septentrionali, tum in orientali Europae parte, opportunitate victoriae, de Avaris reportatae, Salsburgensi et Loricensi imposuerat Episcopo, maxime inter gentes Slavonicas ad austrum Bojoariae (766), prudenti usus Alcuini consilio. Verum Germanica haecce et Latina cultus ratio

parum profecit. Felicius inter eos laborarunt Byzantini, licet mox cum Germanica Ecclesia arctius conjungerentur.

Prima inter *Bulgaros* propagatio Constantinopoli processit, cum a captivis (813), tum a Rege Bogori (863), nuncio Methodio Monacho, favente Photio, Pat. Co. Mox vero ad Romanam sedem converti videbatur Ecclesia Bulgarica (865), donec tandem Graeca Ecclesia illic constituebatur.

Cyrillus atque Methodius convertere coeperunt *Chazaros*, peninsulam *Krim* habitantes, ubi tamen permixta mansit fides Christiana cum Judaismo, Islamismo et Ethnicismo.

Alia longe fuit ratio Religionis Christianae, inter *Moravos* conditae. Apud eos parum valuerant Caroli M. et Epp. Salsburgensium conamina; magis vero Cyrilli et Methodii (861), Slavonicae indoli sese accommodandi cupidorum. Cyrillus enim, literis inventis Slavonicis, versionem dedit S. Cod. Slavonicam et eorum idiomate cultum s. administravit. — Verum interior cum Germanicis conjunctio politica eos ad Romanam duxit Ecclesiam. Cyrillus, Romam a Papa vocatus (867), illic obiit (868.) Quo mortuo, Methodius, Episcopus inter Moravos creatus (868), ad Christianam fidem eos convertit et Latini sermonis usum in cultu s. sustulit. Verum, item Romam a Johanne VIII vocatus, suam Ecclesiam Romanae addixit, licet majori fruentem libertate, quam ceteris Catholicis erat concessa: qua de caussa in odium incurrit Sacerdotum Germanicorum, et a. 881 Romam profectus, illic, ut videtur, mortuus est. Mox vero evanuit Moravorum regnum.

Sic quidem e Moravia ad *Bohemos* transiit, una cum auctoritate politica, fides Christiana, primum auctore

eorum Duce Borziwoi (894), a Methodio baptisato, deinde ejus vidua Ludivilla et filio Wenceslao, qui de Ethnicismo pugnam egit cum populo et principibus multis; donec tandem Boleslavus pius (967) Ecclesiam constituit Bohemicam, inducto in Episcopatu Pragensi cultu Latino a Johanne XIII, licet multa superessent elementa Slavonica.

A Bohemis Religionem acceperunt *Poloni*, auctore duce eorum Miesco, s. Miecislavo (966), qui Ethnicismum, cujus multi erant tenaces, vi oppressit.

Hungri vero, Moravorum victores, diu quoque restiterunt Religioni Christianae. Faverunt vero ei Principes Hungarici, Constantinopoli baptisati (medio s. 10.) maxime Gylas. Ab Ottone I., victore Hungrorum, conjungebantur cum Imperio Germanico; qua opportunitate Episcopi Passavienses (974) et Pragenses, prae ceteris Rex Hungrorum Stephanus (997-1038), constituerunt inter eos fidem Christianam, uti et in *Transsylvania* (1003) et *Wallachiae* parte, quas occupabat, adeo ut, obstantibus licet Regibus Ethnicis, Andrea (1045) et Bela (1060), victoriam reportaret Christianismus.

Russos jam Photii, Pa. Co. tempore, convertere coeperunt Graeci (866). Ecclesia vero *Kiewensi* sede constituta Christianismi inter Russo-Waragros (955), eum promovit maxime Vladimir.

Minus fausta fuerunt fata Christianismi inter gentes *Wendicas*, s. *Wendo-Slavonicas*, ad Mare Balticum. In iis, post irritos fere conatus Caroli M. et iteratas invasiones Normannorum Christianos oppugnantium,

Religionem Chr. condiderunt victoriae, ab Ottone I. de iis reportatae (931). Wendis vero insurgentibus (983), novas persecutiones passi sunt Christiani inter eos, cum una cum dominatione Germanorum eorum Religionem oppugnabant. Postea vero Godeschalcus (1047), integrum Wendorum regnum condens, summo ardore Religionem Chr. inter eos constituit, licet, ipso martyrium subeunte (1066), victoriam iterum reportaret Ethnicismus.

Plurimas ita dum superabat gentes Slavonicas Religio Christiana, maximopere simul ea valuit ad illas excolendas iisque praebuit altioris culturae subsidium.

Sectio Secunda.

HISTORIA SOCIETATIS ET HIERARCHIAE CHRISTIANAE.

Societas oligarchico-monarchica.

§ 71.

Sectionis argumentum.

Quae exstiterat antea *Hierarchia* Christiana, hacce Periodo in Ecclesia occidentali, s. *Romana*, potissimum sese explicuit et Theocratiam Papalem condidit. Prae ceteris enim magis magisque invaluerunt Pontifices Ro-

mani, usi aevi praesidiis et opportunitatibus, ut Cathedram Petri ad Orbis Christiani Episcopatum universum eveherent. — Ad stabiliendam illam Hierarchiam perquam valuerunt Islamismi vis, saec. 7, lites Latinorum et Graecorum, saec. 8, nec non Longobardorum invasiones et civilis Pontificum auctoritas, quibus factum est, ut, cum Byzantino Imperatori sese subtraherent Latini, civile Imperium sibi sumserint Pontifices Rom., auctoribus maxime Pepino et Carolo M. — Hanc vero auctoritatem ut legibus fundarent, adhibuerunt Pseudo-Isidori Decretalia, a medio inde saec. 9, quae supremam vindicabant Pontifici auctoritatem. Ita Nicolaus I. supremus jam prodiit in hisce terris et Legislator et Princeps et Judex, quam auctoritatem Johannes VIII adaugere studuit, jus Imperatorem eligendi sibi competere statuens, idemque, ut Ecclesia magis magisque Imperio civili subtraheretur, quin et prae Imperio dominaretur, nisus est. Plurima tamen obstiterunt celeriori Hierarchiae progressioni, maxime dissidia politica, Pontificum vitia ac scelera, et Ottonum auctoritas politica.

Vel sic tamen *auctoritas* illa *Paparum* sensim per Europam occidentalem et septentrionalem extendebatur. Quas enim condidit Ecclesias, has administrabat Hierarchia. Neque ita aliter fieri potuit, quin imminueretur in dies *Clericorum* ceterorum *vis* atque auctoritas, maxime Metropolitarum et Archiepiscoporum, quos pallio donabat Papa. Contra auctoritate increverunt Episcopi, qui vicarios suos habuerunt Archidiaconos.

Ita quidem Societatis in Ecclesia occidentali *forma* ab oligarchica ad monarchicam transiit, adeo ut singula ad Monarchiae rationem componerentur. Parochiis accesserunt Patroni et Collatores. Dioeceses divi-

debantur in Archidiaconatus, ipsaque Capitula Canonicorum Episcopo adjungebantur. Praeterea Primatus condebantur. Synodorum in dies decrevit et numerus et auctoritas, in quibus Reges et Imperatores, nec vero minus Pontifices, vim exercebant. — *Reditus* Ecclesiarum, continue auctos, administrarunt Episcopi, quibus adjungebantur Ecclesiae Advocati. — Contra *Ecclesia Graeca* Reipublicae formam servavit. Post lites vero inter utramque Ecclesiam agitatas, tandem, saec. 11. medio, schisma fuit ortum, quo duplex exstitit Ecclesia.

Haec fere fuit externa Societatis Christianae conditio. *Internam vim* moralem habuit haecce Societas in vita hominum, quam inter gentes illas rudes, ac barbaras, moderari studuit Religio, ita tamen ut, internae indolis percipiendae haud capaces, in externa fere pietate acquieverint, et plurima ex Ethnicismo retinuerint. — Vim hancce moralem, pro rudi aevi ratione, commendabant maxime *Monachi*. Hi autem cum vitiis et criminibus notarentur, et morum depravatio ab iis fere esset repetenda, reformandae moralis eorum conditionis conatus instituebantur. Monachicae vitae emendationem inprimis spectarunt in Gallia *Cluniacenses*, ad quorum exemplar reformabantur Monasteria; uti et alii in Germania et Italia. Jam antea in ipsis Clericis exstiterat *Chrodogangus* Reformator (750), qui Canonicorum ordine et Capitulis morum emendationem spectavit. Verum et hujus instituti vis moralis cito periit.

Vita Ecclesiastica Religio gentes cohibere et excolere voluit. Verum ipse *cultus* Dei publicus, quem emendare et evehere nonnulli tentarunt, superstitione in dies corrumpebatur. Agitabatur vero litibus de Ima-

ginum cultu Graecos inter et Latinos. In *disciplina Ecclesiastica* poenitentialis ratio invaluit et Indulgentiarum doctrina. Haec vero aliquantulum valuit ad morum disciplinam cohibendam.

Interius igitur depravata, externum maxime retulit splendorem Eccl. Christiana, quo tempore prodiit Hildebrandus, ingentis commutationis auctor.

I. Ecclesia Occidentalis.

§ 72.

Hierarchia Romana. — Papatus.

Prae ceteris Patriarchis Orbis Christiani vi atque auctoritate invaluit Pontifex Romanus, qui magis magisque universae Ecclesiae Catholicae praeesse studuit. Condere ita incepit *Theocratiam papalem.* Quae enim sibi arrogarunt jura Clerici, ea facile iis concesserunt Reges et Principes, neque iis, ingravescente barbarie, resistere potuerunt gentes: prudenter vero et acriter illa sibi vindicarunt Pontifices Rom.

Ad *stabiliendam Hierarchiam* haud parum *valuerunt et* vis Islamismi, quae Patriarcharum Alexandrinorum et Antiochenorum fregit auctoritatem, *et* lites cum Graecis, quibus Latina Ecclesia plane a Graeca separabatur, *et* Longobardorum in Italiam invasiones, quibus factum est, ut ab auctoritate Imperatoris By-

---

1) Cf. *Acta Conciliorum* s. l. passim. — MURATORI, *Antiquit. Italicae.* — *Annales Regum Francorum* apud DUCHESNE, BOUQUET, al. — MABILLON, *Acta Sanct. Ord. Bened.* — PLANCK, l. l. —

zantini prorsus liberaretur Papa Romanus, ad Occidentem plane sese convertens.

Auxit vero *hanc* Pontificis Rom. *auctoritatem civilis eorum potestas*, cujus initia cernebantur hacce aetate, ope maxime regum Francorum, al., inprimis Caroli M. Hacce magis magisque conjungebantur cum Occidente et in ipsos etiam Reges vim habuerunt.

Quam vero *facto* exseruerunt potestatem, eam *jure* vindicare studuerunt Pseudo-Isidori *Decretalibus*, e Francia, ut videtur, oriundis, medio fere saec. 9. — Continebant illa Decretalia Pontificum Romanorum a Clemente ad Gregorium M. (604), item Canones Conciliorum. Sic factum est, ut potestatem Principis, Legislatoris et Judicis supremam exsèreret Episcopus Rom. Variis hisce opportunitatibus usi fuerunt Papae, cum ad universam regundam Ecclesiam Christianam, cujus praecipuam Cathedram, Petri dictam, sese occupare putabant, tum vero ad suam in rebus civilibus auctoritatem stabiliendam. Dum enim orbis recentior iis patebat, novas, quas condiderunt, Ecclesias per gentes Germanicas, Scandinavicas, Slavonicas, sibi subjectas habuerunt; et ita Ecclesiam Anglicanam, Hispanicam, Gallicam, Germanicam, aliasque Latinae Ecclesiae adjunxerunt.

Vel sic tamen *vis politica* simul valuit *in Ecclesia*, conspicua maxime electione Episcoporum, ratione feudali, Investitura Clericorum per annulum et baculum, Simoniae labe, quae omnem infectabat Ecclesiam, et Comitiis, quibus, Synodorum loco, leges ferebantur ecclesiasticae. Hanc vero Regum auctoritatem infringere studebant Concilia, Papae, ceterique Clerici, in quibus maxime Hincmarus Rhemensis aliique.

Praeter alios, inprimis Nicolaus I. (858-862) et Johannes VIII. (872-882) hancce Theocratiam papalem constituere tentabant, idque in dies magis ad finem usque Periodi Papae persequebantur. Nec vero minus alia obstabant magnopere huic auctoritati, ingravescente, saeculo ferreo, sive 9, barbarie. Sic Magnatum Italiae post Carolingicos dissidia, quibus immiscebantur Papae; plurimorum Pontificum vitia et scelera, maxime Sergii III (904), Johannis X, XI, XII, Benedicti IX (1033) et impudicarum mulierum Theodozae et Maroziae vis, unde nata videtur *fabula* de *Johanne Papissa*. — Haec quidem sedis Papalis depravatio excitavit Imperatores, Reges et Clericos adversarios, ipsiusque Ecclesiae reformandae studia, inprimis apud eos, qui Theocratiae Christianae condendae erant tenacissimi. Quae quidem utraque constituere studuit Hildebrandus, a quo igitur nova constituenda est Periodus. [1])

§ 73.

Clerus in Ecclesia Latina.

Cum Pontificibus arctissimo vinculo conjuncti erant *Clerici* varii ordinis. Quo magis vero doctrina Pseudo-

---

1) Cff. varii libri de Historia Papatus: ex antiquioribus: *Liber diurnus Rom. Pontificum.* — ANASTASII, liber *Pontificalis;* al. apud GIESELERUM, l. l. I. 739. II., I. 25. et HASE, l. l. § 170; e recentioribus maxime PLATINA, *de vitis Pontificum.* — RAMBACH, *Hist. der Pausen.* — BOWER, *Hist. der Pausen.* — LLORENTE, *Portr. pol. des Papes.* al. et ROTHENSEE, *über das Primat des Papstes in allen Christl. Jahrhunderten*, Mannh. 1836-1838. 3 bd. — PLANCK, l. l. — NEANDER, l. l. T. III et IV.

De Decretalibus css. BLONDELLI, SPITTLERI. MOHLERI, scripta. l.

Isidoriana invaluit et condita fuit Theocratia papalis, eo magis *Papa* totius Cleri Christiani, saltem occidentalis, caput habebatur.

Episcopis vero *Dioecesanis*, Paparum ope, auctoritate invalescentibus, imminuta fuit *Metropolitarum* auctoritas, quos pallio donabant Papae, quibusque utebantur Legatis. Hisce vero in variis Ecclesiis Neo-Europaeis praeficiebantur *Primates*. — Dioecesanis vero Episcopis adjungebantur *Chorepiscopi*, *Archidiaconi*, *Archipresbyteri*.

Uti vero Papae, ita inprimis Principes, Reges et Imperatores Episcopis *jura* concedebant, quae *Regalia* et *Exemtiones* dicebantur, maxime bona et possessiones, in regno potissimum Carolingico et Saxonico, et systemate feudali. Episcopi dicebantur Regum *feudes*, *fideles*, *Comites*, erantque *Missi* regii. Assignabantur illis, a saec. inde 10, *Comitatus*. Intererant item Episcopi Placitis generalibus, s. Conciliis mixtis. Hinc factum, ut plurimi plane penderent a Regibus et Imperatoribus.

Summa simul Clerum invasit *morum corruptela*, a Romana sede ad Clericos tralata. et Simoniae labes. Hanc quidem oppugnare studebat *studium reformationis*, quod in ipsis exstitit Clericis. Monachicam vitam ad ipsos Clericos adducere tentabat, Augustini exemplum secutus, Chrodogangus Metensis. Instituit

---

apud GIESELERUM, l. l. II. v. 145. et THEINERI, *de Pseudo-Isidoriana Canonum collectione*, Natisl. 1827. — KNUST, *de fontibus Pseudo-Isid. collection.* Gött. — Crisis fabulae *Johannae Papissae* vid. apud GIESEL. II. 1. 26 ff.

ille *Canonicos* in sua Dioecesi. Exstiterant jam antea Clerici Canonici, qui Canoni (matriculae) ecclesiastico adscripti erant; jam vero illo nomine dicebantur Clerici, qui canonice vivebant. Canonicatus autem e Dioecesi Chrodogangi transiit ad universam Ecclesiam occidentalem, maxime Caroli M. ope et Concilio Aquisgranensi, (816) quae Regulam Chrodogangi sancivit. — Verumtamen mox aevi labes affecit ipsos Canonicos. Divitiis augebantur *Capitula*. Maxime Capitula Dominica, s. Cathedralia, summas egerunt in administrandis Ecclesiae bonis partes. Mox Capitula claudi coeperunt, et sibi proprias habitare aedes Canonici, adeo ut, quae *moralis* antea fuerat causa, dein *pecuniaria* exstiterit[1]).

§ 74.

Societatis forma, ratio, distributio.

Dum in Graeca Ecclesia Reipublicae superfuit forma, sensim Ecclesia occidentalis aristocratico-monarchicam induit *formam*.

Papatus omnem regebat Ecclesiam, distributam in *Primatus*, *Archiepiscopatus*, *Dioeceses*, *Archidiaconatus*, *Archipresbyteria*, s. *Decanias* et *Parochias*. In hasce vim habebant *Patroni* et *Collatores*, uti in Dioeceses *Capitula Dominica*.

---

1) De hac et seq. § cf. Scriptores l. § 7. maxime PLANCK et NEANDER l. l. — add. DE COCK, *de potestate civili Episcoporum*, *maxime Trajectinorum*, Traj. 1838. De Capitulis et Canonicis PLANCK, l. l. II., 252, III, 641. — THOMASSINI, *Vet. et nov. Eccl. disciplina.* — *Regula Chrodogangi* in *Actis Concill.* LABBEI, VII p. 1444. et MANSI, IV, p. 313. — *Regula Aquisgran.* in HARTSHEMII, *Conc. Germ.* I. 430.

Missa vero Reipublicae forma et invalescente Hierarchia papali, *Synodorum* vis et auctoritas imminuebatur admodum, quaeque habebantur, a Regibus fere regebantur, maxime in Francorum et Germanorum regnis. Tandem vero, Decretalium ope, Pontifices Rom. summam habuerunt in Synodos auctoritatem.

Ab hisce vero Conciliis, item a Conciliis mixtis, ut et a Pontificibus Rom. repetendae sunt *leges Ecclesiasticae*, Codice Decretalium sancitae. *Jurisdictionem* Clericorum auxit magnopere Carolus M.

Fiscus Ecclesiasticus increvit potissimum privilegiis, exemtionibus, donis, decimis, regalibus, mansu ecclesiastico, al. — Administrabant illum Episcopi in sua quique Dioecesi, auxiliantibus Diaconis, deinceps Capitulis Dominicis, tandem Oeconomis, s. Ecclesiae Advocatis.

§ 75.

Vita Christiana ac Monachica.

Propagata erat Religio Christiana inter gentes Neo-Europaeas, rudes admodum ac barbaras. Infausta illa Europae conditione factum est, ut plurima grassarentur *vitia*. Gentes autem excolere et instituere sibi proposuit Carolus M., licet anarchia, post eum exorta, et barbararum gentium invasiones multum valuerint ad corrumpendam moralem gentium conditionem.

Feliciter vero his gentibus tradebatur *Religio Christiana*, quae *ad vitam regundam valuit*, quantum ipsa, aevi studiis corrupta, inter hasce gentes valere potuit, auxilio usa disciplinae Ecclesiasticae.

Rudi tamen hac aetate negligebatur fere interna

ille *Canonicos* in sua Dioecesi. Exstiterant jam antea Clerici Canonici, qui Canoni (matriculae) ecclesiastico adscripti erant; jam vero illo nomine dicebantur Clerici, qui canonice vivebant. Canonicatus autem e Dioecesi Chrodogangi transiit ad universam Ecclesiam occidentalem, maxime Caroli M. ope et Concilio Aquisgranensi, (816) quae Regulam Chrodogangi sancivit. — Verumtamen mox aevi labes affecit ipsos Canonicos. Divitiis augebantur *Capitula*. Maxime Capitula Dominica, s. Cathedralia, summas egerunt in administrandis Ecclesiae bonis partes. Mox Capitula claudi coeperunt, et sibi proprias habitare aedes Canonici, adeo ut, quae *moralis* antea fuerat causa, dein *pecuniaria* exstiterit[1]).

§ 74.

Societatis forma, *ratio*, *distributio*.

Dum in Graeca Ecclesia Reipublicae superfuit forma, sensim Ecclesia occidentalis aristocratico-monarchicam induit *formam*.

Papatus omnem regebat Ecclesiam, distributam in *Primatus*, *Archiepiscopatus*, *Dioeceses*, *Archidiaconatus*, *Archipresbyteria*, s. *Decanias* et *Parochias*. In hasce vim habebant *Patroni* et *Collatores*, uti in Dioeceses *Capitula Dominica*.

---

1) De hac et seq. § cf. Scriptores l. § 7. maxime PLANCK et NEANDER l. l. — add. DE COCK, *de potestate civili Episcoporum*, *maxime Trajectinorum*, Traj. 1838. De Capitulis et Canonicis PLANCK, l. l. II., 252, III, 641. — THOMASSINI, *Vet. et nov. Eccl. disciplina.* — *Regula Chrodogangi* in *Actis Concill.* LABBEI, VII p. 1444. et MANSI, IV, p. 313. — *Regula Aquisgran.* in HARTZHEIMII, *Conc. Germ.* I. 430.

Missa vero Reipublicae forma et invalescente Hierarchia papali, *Synodorum* vis et auctoritas imminuebatur admodum, quaeque habebantur, a Regibus fere regebantur, maxime in Francorum et Germanorum regnis. Tandem vero, Decretalium ope, Pontifices Rom. summam habuerunt in Synodos auctoritatem.

Ab hisce vero Conciliis, item a Conciliis mixtis, ut et a Pontificibus Rom. repetendae sunt *leges Ecclesiasticae*, Codice Decretalium sancitae. *Jurisdictionem* Clericorum auxit magnopere Carolus M.

Fiscus Ecclesiasticus increvit potissimum privilegiis, exemtionibus, donis, decimis, regalibus, mansu ecclesiastico, al. — Administrabant illum Episcopi in sua quique Dioecesi, auxiliantibus Diaconis, deinceps Capitulis Dominicis, tandem Oeconomis, s. Ecclesiae Advocatis.

§ 75.

Vita Christiana ac Monachica.

Propagata erat Religio Christiana inter gentes Neo-Europaeas, rudes admodum ac barbaras. Infausta illa Europae conditione factum est, ut plurima grassarentur *vitia*. Gentes autem excolere et instituere sibi proposuit Carolus M., licet anarchia, post eum exorta, et barbararum gentium invasiones multum valuerint ad corrumpendam moralem gentium conditionem.

Feliciter vero his gentibus tradebatur *Religio Christiana*, quae *ad vitam regundam valuit*, quantum ipsa, aevi studiis corrupta, inter hasce gentes valere potuit, auxilio usa disciplinae Ecclesiasticae.

Rudi tamen hac aetate negligebatur fere interna

eaque sublimior indoles Religionis. Ad *externam pietatem* conformabantur omnia. Sic etiam gentes Ethnicae, ad Relig. Chr. conversae, plura retinuerunt ethnica, quae cum in Oriente, tum Romae, alebantur; quin et una cum ignorantia dominabatur summa morum turpitudo, cui vix resistere potuerunt principia Christiana,

Haud mirum adeo, inter ipsos Christianos exstitisse, qui meliora docerent, et grassantibus vitiis sanctiorem, uti ipsis videbatur, vitam opponerent; inprimis *Monachi*. Hi in propaganda Religione Christiana efficacissimi, ubivis una cum Religione Monasteria condiderunt, in quibus vita rigidiori prae Clericis eminebant. Ita semina vitae religiosae inter gentes barbaras fuderunt ubivis.

Hisce monasteriis scholae apponebantur coenobiales, uti et cathedrales, potissimum auctore Carolo M., quibus cunctis quam maxime valuerunt illi ad excolendas gentes Europaeas.

Mox vero vitia quam plurima et mores dissoluti irrepserunt Monasteria, inprimis a quo inde tempore Laici, Abba-Comites, Monasteriis praeponebantur et divitiae in iis cumulabantur. Morum disciplina haud amplius curabatur et vita agebatur turpissima.

Quae cum obessent principio sanctioris vitae, quam assequi tentabant Monachi, hinc varii repetendi sunt *conatus reformandae vitae Monachicae.* Exstiterunt illa primum in *Gallia*, saec. 9, auctore B e n e d i c t o, Abbate *Ananiensi* († 821) in Provincia Narbonnensi (Languedoc), cui Ludovicus Pius cuncta submisit Monasteria in Francia occidentali. Ejus regula Aquisgrani sanciebatur, (817.)

Quod vero incepit ille, ulterius perfecit feliciori suc-

cessu *Congregatio Cluniacensis*, auctoribus Bernone (910. † 927) et Odone (927-941), qui in Monasterio Cluniacensi in Burgundia Benedictinam regulam renovarunt.

Qui autem in *Germania* instituebantur *Reformationis monachicae conatus*, frustra fere fuerunt. — In *Italia* vero ratio ascetico-fanatica condidit *Ordinem Eremitarum Camaldulensium* (1018), auctore Romualdo († 1027) in Campo Maldoli; et *Ordinem Vallembrosae* prope Florentias, a Johanne Gualberto conditum (1038), uti jam antea Nilus Junior Gaëtae reformatum condiderat Monasterium.

Privilegiis, quibus jam utebantur Monasteria, eorum *accessit exemtio* ab episcopali auctoritate, quae Cluniacensibus primum vindicabatur et ab Alexandro II. fuit concessa (1063), cujusque exemplum alii imitati sunt.

Conservabatur ita aliquatenus Monachis emendationis principium, quod saepe periit dissolutis et aevi et ipsorum moribus. [1])

§ 76.

Vita Ecclesiastica. — Cultus et Disciplina.

Quod adfuit emendandae corruptae gentium conditionis et altiorum studiorum, in iis excitandorum, subsidium, scilicet Religio Christiana, haud satis id efficere potuit; licet magnum praebuerit praesidium gentium cohibendarum et excolendarum.

---

1) MABILLON, *Acta ord. Bened.* l. ejusque *Annales* l. — *Acta Concil.* — PLANCK, l. l.

Ecclesia enim, quae gentes regere et instituere et ad Deum ducere sibi proposuit, ipsa magnis laborabat vitiis. Componebat enim et doctrinam et cultum ad pietatem plane externam.

Huc valuit *cultus Dei publicus*, quem regebat Societas. Neglectâ institutione Christianâ inter gentes, quae nonnisi nomen Christianorum gerebant, in cultu *Homiliarum* usum restituere tentabant Chrodogangus, Carolus M. alii. Inprimis Pauli Diaconi Homiliarium adhibuerunt, quo emendare coeperunt cultum, qui fere in unam Liturgiam abierat, nimio et musices et imaginum usu.

Verum absolvebatur ille fere Reliquiis Sanctorum, peregrinationibus in loca sancta, cultu maxime Sanctorum, qui sive in universa Ecclesia, s. in peculiaribus Ecclesiis et regionibus, colebantur et quorum numerus augebatur, a quo inde tempore Johannes 15 (973) eorum *Canonisationem* universae Ecclesiae mandavit.

Inprimis vero Mariae et Sanctorum *cultus* augebatur, quo factum est, ut plures accesserint *dies festi*, uti Mariae (Natales, Purificatio, assumptio), ita Apostolis (Natales Petri et Pauli, al.) aliisque viris sanctis dicati; tandem vero, concesso Pontifici, Bonifacio IV., Pantheo Romano, omnium sanctorum et omnium animarum festum. (1010.)

Cunctis quidem hisce, uti et Missis privatis et χρίσματι olei, aliis, ad Ethnicismum fere reducebatur indoles Rel. Chr. spiritualis inter Gentes, vix ab Ethnicismo ad Religionem Christianam transgressas, adeo ut revera *Mythologia Christiana* exstiterit.

In media vero hacce corruptione Religionis Christia-

nae, aliquo saltem freno cohibebantur gentes, ope *disciplinae Ecclesiasticae.* Haec haeresin q. d. Nicolaitarum, Simoniam et matrimonium Clericorum oppugnavit; verum Clericis ipsis lubenter hisce vitiis indulgentibus, relaxabatur sensim severior disciplina; quaeque indole moralis fuerat, haec ad externam fere alendam pietatem adducebatur.

Confitentibus coram Clerico peccata *poenitentia* imponebatur *privata*, libellis poenitentiariis moderata. Usi sunt Christiani haud raro *Compositione* et *Indulgentiis*, quibus Deo satisfacere sibi videbantur. Alibi vero exstiterunt *Flagellatores*, auctore Johanne Damiano. Commendabat disciplina illa Peregrinationes Romam et Hierosolymam; Ordalia, s. judicia Dei et Treugam Dei. Praeterea *poenitentiam asceticam* commendabant Sacerdotes et Episcopi.

Hanc vero disciplinam, vel poenitentiam varii generis, exercebant, s. publicam, s. privatam, illamque cum Excommunicatione, tum Anathemate, tandemque, ab anno 1031, Interdicto.

Vel sic tamen et *viri sapientiores* et ipsa Concilia nonnulla, *vim moralem Religionis* Christianae restituere conabantur et reformandae Ecclesiae desiderium excitabant. Neque negandum, disciplinam, licet plane expresserit barbaram aevi rationem, egregie tamen valuisse hac aetate ad cohibendas gentes rudiores, et puriora excitanda virtutis studia.

---

1) Cs. etiam THEINER, *Gesch. der Einführ. d. gezwungenen Ehelosigkeit*, Alt. 1828.

II. *Ecclesia Graeco-Orientalis.*

§ 77.

Conditio Ecclesiae inter Graecos.

Quae primum fuerat constituta Ecclesia inter Orientales ac Graecos, magnam subiit per Islamismum commutationem. — Tres enim Ecclesiae orientalis *Patriarchae*, Alexandrinus, Antiochenus et Hierosolymitanus, omni fere destituebantur auctoritate. Vivebant, ut ipsi Christiani, inter medios Saracenos. In iis vero *Monasteria* alebant vitam Christianam. Ceterum in Aegypto *Monophysitae*, in Asia *Nestoriani*, suos habebant Patriarchas.

Hisce praevaluit *Patriarcha Const.*, a vi Islamismi tutior, qui omnem Graecam regebat Ecclesiam, et adversus occidentalem Ecclesiam suam tueri studebat continenter libertatem. Summam vero in illum vim exserebant Imperatores Byzantini, a quibus fere pependit, et quorum sententia dominabatur in Ecclesia Graeca.

Clerus, uti et *Societatis distributio*, eandem fere retulit, atque antea, rationem. *Forma* superfuit oligarchico-aristocratica, quae in Patriarchis et Conciliis habebatur, adeo ut Ecclesia Rempublicam constituerit. *Concilia* potissimum Constantinopoli habebantur, verum haud raro non nisi Imperatorum voluntatem decernentia.

Monachi in Ecclesia Graeca potiores saepe partes egerunt. Principium libertatis ecclesiasticae et orthodoxae doctrinae vindicabant, adeo ut haud raro cum Ecclesia occidentali communem caussam egerint tum inter Graecos, tum inter Saracenos viventes, Monachi.

§ 78.

Cultus Sacer et lites de Imaginibus.

Historia harum litium in Ecclesia Graeco-Orientali.

Ecclesia haec, Graecae indolis tenacissima, continuis agitabatur litibus, quorsum etiam valuisse videtur minor, quam in Lat. Eccl., Patriarchae et Ecclesiae auctoritas.

Cum Ethnicismus vim habuerat ad excitandum cultum aestheticum inter Christianos; honos, sanctis habitus, sensim transiit in eorum vel venerationem, vel cultum, (*προσκύνησις*, *λατρεία*). Hunc vero cultum in Graeca Ecclesia, instigantibus fortasse Episcopis nonnullis et Clericis, tollere instituerunt Imperatores; tuiti sunt contra Imperatrices et Monachi. Hinc *Iconolatrarum* et *Iconoclastarum* in ipsa Graeca Ecclesia *discrimen*, quorum illi videbantur et orthodoxiam et libertatem ecclesiasticam vindicare.

Primum quidem *Iconoclastae victoriam reportare videbantur* (716-780). Leo enim Isaurus, Imp. Byz. Judaeorum et Muhamedanorum, al. injuriam avertere studens, qui Christianos, ob imaginum usum, Deastrorum cultui addictos habebant, et ab Episcopis, ut videtur, excitatus, primum clam imaginum cultum vetuit (726), postea eas tolli jussit (730) et in locum Germani, Pa. Co., imaginum Patroni, substituit Anastasium. Illi vero in tuendis imaginibus accesserunt Episcopi nonnulli et Theologi, maxime Johannes Damascenus,

Monachi, sub Saracenis viventes, ipsique Latini. — Mox vero mortuo Leone, Concilium Co. (754), suasore Imperatore Constantino Copronymo (741-755), imaginum cultum publice abrogavit, invitis Monachis.

Verum post mitiorem Leonis Chazari sententiam (780) *restituta fuit Iconolatria* (780-813), vindice Irene, Imperatrice, Leonis vidua in *Conc. Nicaeno II.* (787) et faventibus Imperatoribus Nicephoro (802-811) et Michaële Rhangabe (811-813), qui plurimorum oppositionem vi oppugnavit.

Sensim vero *partes variae Iconolatrarum* et *Iconoclastarum* inter Graecos exstiterunt. Cum enim Leo V. Armenius (813-820) et Synodus Co. (815) Iconolatras persequerentur; Monachi, duce Theodoro Studita, vim hancce frangere instituerunt. Michaël vero Balbus (820-829), usum inter et abusum discernens, privatum iterum concessit imaginum usum.

Fluctuabat ita *Iconolatria.* Michaëlis enim filius, Theophilus, Imp. (840-842), iterum ethnicam illam idololatriam aversabatur, et Monachos acriter persequebatur. Contra vero superstitiosa ejus uxor, Theodora, ipso superstite, iconolatriae favit, mortuo vero (842), plane eam restituit et *festum* annuum *Orthodoxiae*, (ἡ ἑορτὴ τῆς ὀρθοδοξίας) celebrari jussit.

Sic igitur, Imperatricis ope, victoriam sibi paravit Iconolatria, licet ipsi Iconoclastae, numero plures, frustra in Conc. Co. (869) suam caussam tueri studerent. [1])

---

1) Cff. *Scriptores Byzantini* et auctores l. apud GIESELER, II. I. p. 1, 2 et 319. — HASE, p. 173, 282 sqq. — quibus addatur SWALUE, *de discidio Eccl. Chr. in Graecam et Latinam, Photii auctoritate maturato*, Lugd. 1829. — Cf. Cl. N. C. KIST, *Oratio de Eccl. Graeca, divin. Prov. teste.*

§ 79.

Lites Graecorum et Latinorum hierarchicae.

Variis quidem vinculis conjungebatur secum invicem Orientis atque Occidentis Ecclesia, quae utraque in Conciliis communem agebat caussam. Verum diversam longe Graecorum ac Latinorum indolem utraque Ecclesia, ab initio inde, expressit, doctrina, disciplina, cultu s. et regimine Ecclesiastico. Maxime vero, a quo inde tempore Latini condebant Hierarchiam, quae Petri Cathedrae primarias per Orbem universum Christianum vindicabat partes, Graeci, in quibus Reipublicae ratio viguit, ferre non poterant monarchicum illud dominandi studium, et conditio politica Ecclesiae Graecae opposita erat politico-ecclesiasticis studiis Latinorum. Illic Imperatores regebant Ecclesiam, hîc Pontifices Ro. Haud mirum adeo variis litibus magis magisque fuisse a se invicem disjunctas hasce Ecclesias, quas lites communi nomine *hierarchicas* dicere possumus.

1. Hierarchia enim sua sponte *litibus de cultu S.* s. de imaginum cultu et usu, immiscebatur, suasque in his egit partes. Quippe Latini, loco cultus interni et spiritualis, cultum externum et aestheticum cum orthodoxa doctrina conjungentes, mox recesserunt a Gregorii I. aliorumque liberaliori, saltem minus superstitiosa, sententia, qui rite discernebant inter imaginum usum et cultum. In mediis enim Graecorum litibus imaginum cultum acriter vindicabant Pontifices Ro., qui supremam de rebus ecclesiasticis decernendi auctoritatem sibi assignabant, uti Gregorius II. adversus

Leonem Isaurum (730); unde primum bellum Graecos inter et Latinos exstitit.

Media via inter Graecos et Latinos *processerunt Gallo-Franci*, cum antea *Massiliae* (s. 6), tum maxime ipse Carolus M., scriptis *libris Carolinis* de *imaginibus*, Concilium Francofurtanum (794), quo damnabatur adoratio, s. servitus imaginum, et Ludovicus Pius (824), cujus sententia in Conc. Parisino (825) praevaluit. Vel sic tamen strenue imaginum caussam adversus Gallos et Graecos tuebantur Pontifices Ro., supremae suae auctoritatis vindicandae tenacissimi.

2. Primo huic litium fonti, *lis* accessit dogmatica, *de processione Spiritus S. a Filio*, de qua infra agemus; nec vero minus *lis hierarchica de* Photio Pa. Co., cujus maxime auctoritate maturatum videtur inter utramque Ecclesiam discidium, et praeparatum fuit schisma. Photius enim, vir doctrinâ inter Graecos clarus, at laicus, Patriarcha Co. successerat Ignatio, a Michaële III. (858) et Conc. Co. (859) munere privato, quippe Bardae, Michaelis avunculo, homini pessimo, inviso. Cum vero Ignatius resisteret, Nicolaus, Papa Ro., invocatus ab Imperatore et Photio, qui litem dirimeret, aegre tulit, sedis Romanae auctoritatem fuisse neglectam. Legatos itaque misit Constantinopolin, quibus praesentibus, Ignatius in Conc. Co. (861) iterum munere privabatur. Nicolao vero Legatorum facta improbante, Photius vicissim in Co. Ro. (863) munere privatus esse dicebatur, qui contra (867) anathemate petiit Papam. Tum vero iterum iterumque et Photius et Ignatius ab Imperatoribus, Conciliis et Pontificibus Rom. excommunicabantur; tandem Ignatiani primas tenuerunt

partes. Haec quidem rerum conditio saec. 10 perduravit.

3. Accedebant, Photii tempore, *lites de Bulgaria.* Religionem enim Christianam primum Bulgaris annunciaverat Ecclesia orientalis (supra § 70.): eos vero ad suam Ecclesiam adducere studuerunt Latini, dominandi studiosi, qui tandem, post iteratas lites, victoriam reportarunt.

§ 80.

Ecclesiae orientalis et occidentalis Schisma.

Postquam magis magisque opposita sibi invicem exstiterat utraque Ecclesia, tandem saec. 11. eo processerunt lites, ut in *schisma* plane abierint. Cultus Sacer, qui antea primarium litium fontem aperuerat, tandem schismatis constituendi opportunitatem dedit. — Michaël enim Cerularius, Pa. Co. (1053) panis fermentati usum, quem in Sacra Coena non adhibebant Latini, vindicabat literis, ad Johannem, Ep. Tranensem, datis. Frustra lites sopire tentabat Imperator Constantinus Monomachus; Papa tuebatur orthodoxiam Cathedrae Petri. Tandem vero post varias concertationes Legati Papales in aede S. Sophiae Constantin. excommunicabant Patriarcham Co. (1054). Hic pari ratione respondebat, eique adstipulabantur ceteri Episcopi orientales.

Hinc *constitutum schisma* exstitit, adeo ut, ab illo inde tempore ad hunc usque diem, duplex fuerit Ecclesia, occidentalis et orientalis, s. Latina et Graeca.

12

Sectio Tertia.

HISTORIA DOCTRINAE CHRISTIANAE.

600—1054.

Doctrina catholica, Hierarchiae ope, victrix.

§ 81.

Sectionis argumentum.

Literae, a Graecis plerumque neglectae, a gentibus Neo-Europaeis excoli coeperunt. — *Doctrina* vero Christiana Catholica, s orthodoxa, stabilita fuit in Oriente Politices, in Occidente Hierarchiae et superstitionis ope, Gregorius M. Augustini placita practica gentibus recentioribus commendavit; neque tamen ita separata erat a se invicem utraque Ecclesia, quin litibus suis immiscerentur continue.

In Ecclesia vero orientali *Pauliciani* Theosophiam ad recentiorem rationem reformare tentarunt. In Graeca Ecclesia ulterius excolenda doctrina *τοῦ Θεανθρώπου* e Monophysitis exstiterunt *Monotheletae*, qui tandem, post longas lites (622-713), cesserunt Duotheletismo, ipsique sectam condiderunt. In occidentali vero Ec-

clesia, ubi regnabat Catholica Augustini et Gregorii doctrina, enatae sunt lites *Adoptianorum* in Hispania, ibique, uti et in Gallia, *de processione S. S. a Filio;* porro Godeschalci de *Praedestinatione*, in Ecclesia Franco-Germanica (847), et Paschasii Radberti (s. 9.) de *Transsubstantiatione.*

Progressus ita fecit *Theologia Christiana* in Occidente, maxime per Theologos positivos, s. sententiarios; in Oriente maxime condita a Joh. Damasceno Theologia dogmatica, uti ex Oriente per Angliam ad gentes recentiores pervenit Mystica doctrina, auctore Johanne Scoto Erigena.

§ 82.

Conditio doctrinae et literarum, maxime inter Christianos.

Dum Saraceni novo vigore *Literas*, quas a Graecis acceperant, pertractabant, ab ipsis Graecis parum excolebantur literae. Monachi illarum studium fere aversabantur, itemque Clerici parum erant literati. Nonnulli tamen Imperatores, s. 9. et 10., literarum erant fautores et cultores. Prae caeteris viri doctiores laudandi sunt, Joh. Damascenus (†760), Photius, Pa., Co. († 891), Oecumenius (990) et Theophylactus. (c. 1070).

Gentes vero Neo-Europaeae, quae nonnulla acceperant cultus Latini elementa, rudi versabantur ac barbara aetate. Harum autem instituendarum curam in se suscepit Ecclesia. Inprimis ab *Irlandia* et *Anglia literarum studium* processit. Illic potissimum Beda

Venerabilis et Alcuinus, Scholarum ope, cultum promovebant. 1)

Hinc transiit ad *Francorum* regnum, maxime ope Caroli M., conditis ubivis scholis. In his unice superfuerunt post ejus aetatem Literae, potissimum theologicae, excultae ab Agobardo, Rabano Mauro, Haimone Halberstadiensi, Walafrido Strabone, Servato Lupo, Ratramno Corbejensi, Joh. Scoto Erigena, Hincmaro, aliis, qui S. Cod. Interpretationem, Historiam, maxime ecclesiasticam, Disciplinam moralem et ecclesiasticam et dogmaticam excoluerunt, quorsum etiam valuit Monachorum in describendis Codd. cura. Verum saec. 10. successit aevum ferreum. In una tamen *Anglia* Alfredus cultum promovit, eumque arcte cum Religione Chr. conjunxit. Contra vero saec. 11. gentes Europaeae progressus fecerunt, qua vis ingenii dialecticam et contemplativam doctrinam praeparavit, quae postea a Scholasticis excoleretur.

Summa adeo fuerunt merita Religionis Christ. erga humanitatem et gentium cultum, et sensim lux exoriri videbatur in Ecclesia occidentali.

§ 83.

Doctrina Ecclesiae Christianae universe.

Quae condita erat superiori aetate, doctrina Christiana Orthodoxiae studio fere in Ecclesia, cum orientali, tum occidentali, stabiliebatur universe. Alia vero ac-

1) Cf. ***het Christendom in de Middel-eeuwen***, l. l. — et auctores, supra l. p. 150, 151. — VAN HERWERDEN, *Comm. de Carolo M.* I, l. — LORENTZ, *Alcuins Leben*, Hall. 1829. — GIESELER, a. a. O. II. 66. ff. et auctores, ab eo laud.

cesserunt, quae eam magis minusve vel exornabant, vel immutabant aliquatenus. Namque cum Politica, tum Hierarchia et Superstitio, magnam habuerunt vim in doctrina Religionis Chr.

Ita liberalius *Graecorum ingenium* dominabatur Politica et aulae Theologia, inprimis cum inter Graecos desideraretur fere vis vitalis. Apud eos variae lites doctrinam contemplativam, Aristotelicae Philosophiae ope, excitarunt. Verum Graeci doctrinam Chr. magis compilando, quam eam excolendo, explicuerunt. — Sic in Exegeticis *Catenas Patrum* 1) conscripserunt; in Dogmaticis magis theoretica et dialectica, quam practica, pertractarunt. Quae enim inter eos supererat Semipelagiana doctrina, parvam exseruit vim. In moralibus item theoretica doctrina ad mystica eos adduxit placita.

Contra vero, prouti antea Occidentales practicam Religionis doctrinam explicuerunt et ecclesiasticam, cui Hierarchia vim addidit, ita, hac maxime Periodo, illa valuit ad constituendam doctrinam ecclesiasticam. Prae ceteris in eam efficacitatem exseruit Gregorius M., qui doctrinam, ab antiquis petitam, ad sui aevi rationem informavit et occidentali forma commendavit. Inprimis practicam Augustini doctrinam Ecclesiae tradidit, quae cum Dogmaticam, tum Ethicam regebat prorsus, adeo ut ab Augustino et Gregorio M. fere pependerint posteriores.

---

1) De *Catenis Patrum* cf. ITTIGIUS, de *Bibliothecis et Catenis Patrum*. — WOLFIUS, de *Catenis Patrum Gr. iisque potissimum* MMSS. — FABRICIUS, *Bibl. Gr.* T. VII. — maxime BUDDAEUS, *Isagoge hist. theol.* p. 1422.

Venerabilis et Alcuinus, Scholarum ope, cultum promovebant. [1])

Hinc transiit ad *Francorum* regnum, maxime ope Caroli M., conditis ubivis scholis. In his unice superfuerunt post ejus aetatem Literae, potissimum theologicae, excultae ab Agobardo, Rabano Mauro, Haimone Halberstadiensi, Walafrido Strabone, Servato Lupo, Ratramno Corbejensi, Joh. Scoto Erigena, Hincmaro, aliis, qui S. Cod. Interpretationem, Historiam, maxime ecclesiasticam, Disciplinam moralem et ecclesiasticam et dogmaticam excoluerunt, quorsum etiam valuit Monachorum in describendis Codd. cura. Verum saec. 10. successit aevum ferreum. In una tamen *Anglia* Alfredus cultum promovit, eumque arcte cum Religione Chr. conjunxit. Contra vero saec. 11. gentes Europaeae progressus fecerunt, quavis ingenii dialecticam et contemplativam doctrinam praeparavit, quae postea a Scholasticis excoleretur.

Summa adeo fuerunt merita Religionis Christ. erga humanitatem et gentium cultum, et sensim lux exoriri videbatur in Ecclesia occidentali.

§ 83.

Doctrina Ecclesiae Christianae universe.

Quae condita erat superiori aetate, doctrina Christiana Orthodoxiae studio fere in Ecclesia, cum orientali, tum occidentali, stabiliebatur universe. Alia vero ac-

---

1) Cf. *het Christendom in de Middel-eeuwen*, l. l. — et auctores, supra l. p. 150, 151. — VAN HERWERDEN, *Comm. de Carolo M.* I, 1. — LORENTZ, *Alcuins Leben*, Hall. 1829. — GIESELER, a. a. O. II. 66. ff. et auctores, ab eo laud.

cesserunt, quae eam magis minusve vel exornabant, vel immutabant aliquatenus. Namque cum Politica, tum Hierarchia et Superstitio, magnam habuerunt vim in doctrina Religionis Chr.

Ita liberalius *Graecorum ingenium* dominabatur Politica et aulae Theologia, inprimis cum inter Graecos desideraretur fere vis vitalis. Apud eos variae lites doctrinam contemplativam, Aristotelicae Philosophiae ope, excitarunt. Verum Graeci doctrinam Chr. magis compilando, quam eam excolendo, explicuerunt. — Sic in Exegeticis *Catenas Patrum* 1) conscripserunt; in Dogmaticis magis theoretica et dialectica, quam practica, pertractarunt. Quae enim inter eos supererat Semipelagiana doctrina, parvam exseruit vim. In moralibus item theoretica doctrina ad mystica eos adduxit placita.

Contra vero, prouti antea Occidentales practicam Religionis doctrinam explicuerunt et ecclesiasticam, cui Hierarchia vim addidit, ita, hac maxime Periodo, illa valuit ad constituendam doctrinam ecclesiasticam. Prae ceteris in eam efficacitatem exseruit Gregorius M., qui doctrinam, ab antiquis petitam, ad sui aevi rationem informavit et occidentali forma commendavit. Inprimis practicam Augustini doctrinam Ecclesiae tradidit, quae cum Dogmaticam, tum Ethicam regebat prorsus, adeo ut ab Augustino et Gregorio M. fere pependerint posteriores.

---

1) De *Catenis Patrum* cf. ITTIGIUS, de *Bibliothecis et Catenis Patrum*. — WOLFIUS, de *Catenis Patrum Gr. iisque potissimum* MMSS. — FABRICIUS, *Bibl. Gr.* T. VII. — maxime BUDDAEUS, *Isagoge hist. theol.* p. 1422.

Venerabilis et **Alcuinus**, Scholarum ope, cultum promovebant. [1])

Hinc transiit ad *Francorum* regnum, maxime ope **Caroli M.**, conditis ubivis scholis. In his unice superfuerunt post ejus aetatem Literae, potissimum theologicae, excultae ab **Agobardo**, **Rabano Mauro**, **Haimone** Halberstadiensi, **Walafrido Strabone**, **Servato Lupo**, **Ratramno** Corbejensi, **Joh. Scoto Erigena**, **Hincmaro**, aliis, qui S. Cod. Interpretationem, Historiam, maxime ecclesiasticam, Disciplinam moralem et ecclesiasticam et dogmaticam excoluerunt, quorsum etiam valuit Monachorum in describendis Codd. cura. Verum saec. 10. successit aevum ferreum. In una tamen *Anglia* **Alfredus** cultum promovit, eumque arcte cum Religione Chr. conjunxit. Contra vero saec. 11. gentes Europaeae progressus fecerunt, qua vis ingenii dialecticam et contemplativam doctrinam praeparavit, quae postea a Scholasticis excoleretur.

Summa adeo fuerunt merita Religionis Christ. erga humanitatem et gentium cultum, et sensim lux exoriri videbatur in Ecclesia occidentali.

§ 83.

Doctrina Ecclesiae Christianae universe.

Quae condita erat superiori aetate, doctrina Christiana Orthodoxiae studio fere in Ecclesia, cum orientali, tum occidentali, stabiliebatur universe. Alia vero ac-

---

1) Cf. *het Christendom in de Middel-eeuwen*, l. l. — et auctores, supra l. p. 150, 151. — VAN HERWERDEN, *Comm. de Carolo M.* l, l. — LORENTZ, *Alcuins Leben*, Hall. 1829. — GIESELER, a. a. O. II. 66. ff. et auctores, ab eo laud.

cesserunt, quae eam magis minusve vel exornabant, vel immutabant aliquatenus. Namque cum Politica, tum Hierarchia et Superstitio, magnam habuerunt vim in doctrina Religionis Chr.

Ita liberalius *Graecorum ingenium* dominabatur Politica et aulae Theologia, inprimis cum inter Graecos desideraretur fere vis vitalis. Apud eos variae lites doctrinam contemplativam, Aristotelicae Philosophiae ope, excitarunt. Verum Graeci doctrinam Chr. magis compilando, quam eam excolendo, explicuerunt. — Sic in Exegeticis *Catenas Patrum* 1) conscripserunt; in Dogmaticis magis theoretica et dialectica, quam practica, pertractarunt. Quae enim inter eos supererat Semipelagiana doctrina, parvam exseruit vim. In moralibus item theoretica doctrina ad mystica eos adduxit placita.

Contra vero, prouti antea Occidentales practicam Religionis doctrinam explicuerunt et ecclesiasticam, cui Hierarchia vim addidit, ita, hac maxime Periodo, illa valuit ad constituendam doctrinam ecclesiasticam. Prae ceteris in eam efficacitatem exseruit Gregorius M., qui doctrinam, ab antiquis petitam, ad sui aevi rationem informavit et occidentali forma commendavit. Inprimis practicam Augustini doctrinam Ecclesiae tradidit, quae cum Dogmaticam, tum Ethicam regebat prorsus, adeo ut ab Augustino et Gregorio M. fere pependerint posteriores.

---

1) De *Catenis Patrum* cf. ITTIGIUS, de *Bibliothecis et Catenis Patrum*. — WOLFIUS, de *Catenis Patrum Gr. iisque potissimum* MMSS. — FABRICIUS, *Bibl. Gr.* T. VII. — maxime BUDDAEUS, *Isagoge hist. theol.* p. 1422.

Contra vero *ex Irlandia* ad Galliam accessit *dialectica ratio*, maxime, cum auctore Joh. Scoto Erigena, tum Pseudo-Dionysii scriptis, aeque in Occidente, atque in Oriente, excitata. [1])

Sic suam singuli indolem explicuerunt in doctrina Religionis Orientales et Occidentales. Dominabatur Theologia in Graecis, in Latinis Anthropologia. Una vero cum practicis dogmatibus simul in Occidente, Hierarchiae vi, excolebatur doctrina de Ecclesia, eaque una ac falli nescia. Ad hocce dogma singula fere alia placita componebantur, potissimum ingravescente superstitione, quae in cultu Sanctorum inprimis cernebatur.

§ 84.

Doctrina polemica inter Graecos et Occidentales.

Ecclesia Graeco-orientali et occidentali nondum schismate divisis, mutuo illae sese immiscuerunt aliorum litibus. Valuerunt praeterea plurima ad communicanda secum invicem sua dogmata, inprimis Pontifices Ro. et Concilia, adeo ut ab una ad alteram Ecclesiam transierint dogmata, recens constituta, ac lites dogmaticae, et utraque communem saepe in his egerit causam. Vel sic tamen dogmata illa peculiariter expresserunt indolem unius alteriusve Ecclesiae, quae illis originem dedit. Quapropter illa ad singularum Ecclesiarum doctrinam sunt referenda. — Prae ceteris vero disputandi ansam praebuerunt dogmata ecclesiastica de *imaginum cultu* (cf. supra), de *processione Spiritus S. a Filio* et *de pane fermentato in S. Coena.*

---

1) Cf. NEANDER, l. l. III. § 281. ff. IV. 379. ff.

§ 85.

Doctrina peculiaris Ecclesiae orientalis.

Manichaei. — *Pauliciani.* 1)

Theosophia orientalis Christiana, diu jam in orientali Ecclesia exculta, novas accepit vires, non adeo in *Manichaeorum* reliquiis, verum maxime in *Paulicianis*. Originem duxerunt illi e Marcionitis, in Oriente superstitibus. Horum enim Reformator exstitit Constantinus, Gnosticus Syriacus (in Syria et Armenia) († 684). Nam frustra Paulicianos e Manichaeismo saec. 4 repetierunt nonnulli, (*Παυλοιωάνναι.*) — Conjunxit ille Dualismum orientalem cum placitis Pauli, unde *Pauliciani* dicti sunt. Codicis S. usum commendavit et externae doctrinae ac cultui Catholicae Ecclesiae suam opposuit doctrinam *πνευματικὴν*, adeo ut cultum imaginum, Mariae et Sanctorum, sacramentorum doctrinam, sacerdotium et munera ecclesiastica, oppugnaverit.

Persecutionibus autem variis obnoxii fuerunt Pauliciani (ab. 648), *duces* nacti, praeter Constantinum (Sylvanum) († 681), Symeonem (Titum) († 690), Paulum († 718), Gegnasium (Timotheum) († 745.)

Litibus vero exortis inter eos, ad Asiam minorem *propagata* fuit *secta* Paulicianorum, auctore Josepho

---

1) De *Paulicianis* vid. maxime GIBBON, l. l. p. 54. — GIESELER, *Untersuch über die Gesch. der Paulicianer*, in: *Theol. Stud. u. Krit.* 1829. I. 79. ff. et auctores ab eo laud. — *Kircheng.* II. 12, 13. et NEANDER, l. l. III. 494. ff.

(Epaphrodito) (†775), et longe lateque per Sergium, qui, novus eorum Reformator, severam commendavit morum disciplinam. — Postea vero, nova exorta persecutione, auctore Leone V. Armeno, Imp., ad Saracenos in Armenia sese converterunt, Imperiumque Byzantinum continuis vexantes invasionibus, Graecorum hostes metuendi exstiterunt. Plures nacti sunt urbes, quas incolebant. Hinc vero per Bulgariam aliasque regiones Europaeas sese propagarunt.

Cum igitur Occidentales externam fere curarent doctrinam, in Oriente doctrina magis spiritualis conservabatur, quae cum Theosophia orientali conjuncta, illam acriter oppugnabat.

Aliam vero Theosophiae orientalis formam commendaverunt in Oriente *Thondraceni*, *Athingarii*, alii. [1])

§ 86.

Peculiaris Ecclesiae Graecae doctrina.

Monotheletismus. (622-713.)

Suam maxime indolem expressit Ecclesia Graeca *Monotheletismo.* Fecerant illud antea, in doctrina explicanda de *Θεανθρώπω* *Nestoriani* et *Monophysitae*, qui hac item aetate supererant, uti et *Duophysitae.*

Exstiterunt vero e Monophysitis *Monotheletae.* Illorum enim nonnulli cum eo usque procederent, ut, du-

1) NEANDER, a. a. O. IV. 652. 660. ff.

plicem Christo tribuerent voluntatem (ἐνεργείαν), Heraclius Imperator (611-641) in Armenia et Syria (622) Monophysitas ad Ecclesiam Catholicam reducere voluit, et lites componere, commendanda formula *unius voluntatis in Christo, s. ἐνεργείᾳ θεανδρικῇ.* Probaverat eam Sergius, Pa. Co., ipsoque suasore, Cyrus, Episc. Phacid., qui, ad Patriarchatum Alex. evectus (630), plura millia Monophysitarum in Aegypto cum Ecclesia Cathol. conciliavit.

Quae vero, ab ipso Honorio, Ep. Ro. probata, formula pacem Ecclesiae turbatae conciliare videbatur, ea *lites* peperit *Monotheletarum* et *Duotheletarum*, auctore Sophronio, Monacho Palaest., mox Patr. Hieros. (634). Sopitae illae aliquamdiu, Saracenorum in Palaestinam invasionibus, renovabantur, cum Heraclius (638) ἔκθεσιν proferret, a Synodo Co. probatam; quo factum, ut in *Oriente* probaretur *Monotheletismus.* Huic vero Aulae Theologiae in Occidente sese opposuit Hierarchia, uti et Maximus in Africa (640), adeo ut in *Occidente* invaluerit *Duotheletismus.* Quapropter Constans, Imp. Heraclii successor, loco ἐκθέσεως dedit τύπον τῆς πίστεως (648), qui silentium de singulis imposuit. Neque tamen ille quicquam valuit in Occidente, cum Conc. Ro. Oec. (649) et Monotheletismum et ipsa edicta Imperialia damnaret.

Ex hisce litibus *schisma* tandem exstitit inter Eccl. Or. et Occ. (677); verum haud ita diu, cum in Concilio Trullano Oec. (681) victoriam in ipso Oriente reportaret Duotheletismus, qui, post varias lites, tandem sub Anastasio II. (713) orthodoxa declarabatur doctrina.

Postquam ita doctrina haec, indole Graeca, sese sustinere non potuisset adversus increscentem vim Hierar-

chiae occidentalis, *Monothèletae sectam* condiderunt prope Libani montem in Syria, ab eorum Abbate Marone dicti *Maronitae*. Superfuerunt illic, suo Patriarchae Antiocheno parentes, ad cruciatarum usque expeditionum tempus. [1])

§ 87.

Peculiaris Ecclesiae occidentalis doctrina.

In occidentali Ecclesia orthodoxa dominabatur doctrina, Hierarchiâ velut imposita variis regionibus. Veruntamen haud raro in variis Ecclesiis diversam retulit rationem et formam.

Adoptiani. [2])

1. In *Hispanica Ecclesia* renovabantur ab *Adoptianis* lites Graecae de *θεανθρώπῳ*. Quam enim Epp. Hispanici Elipandus et Felix proposuerant doctrinam, Jesum nuncupari *Dei filium*, *jure adoptionis*, *quoad humanam naturam*, hanc oppugnarunt alii Clerici, et postquam in Galliam transierat, cum Carolus M., tum Papa (792), adeo ut in Concilio Francof. (794) damnaretur Adoptianismus, cujus adversarius potissimum exstitit Alcuinus. Vel sic tamen in Gallia meridionali invaluit, quapropter iterum in Conc. Aquisgranensi (794) damnabatur et, mortuo Elipando, ex Hispania evanuit Adoptianismus.

---

1) Cf. COMBEFISIUS, *Hist. Monotheletarum* in ipsius *novo Auctario Bibl. T. P. Gr. Lat.* Par. 1648. — WALCH, *Hist. der Ketzerijen*, IX. 1-166. — *Acta Conc.* in MANSI *Coll.* — et auctt. a GIESELERO I. § 724

2) ALCUINI, *liber adv. Felicem* in *Oper.* ALCUINI. — WALCH, *Hist. Adoptianorum*. Gött. 1755. — GIESELER, II. 91.

Doctrina de Processione Sp. S. a Filio.

Haec item *doctrina* excolebatur potissimum in *Hispania* et *Gallia*. Lis de ea jam antea fuerat agitata. Graecae quippe Ecclesiae formulae, *Spiritum S. procedere a Patre* (381), addiderunt Occidentales: *Filioque*, quod in Hispania et Gallia invaluerat saec. 8. Aegre illud ferebant Graeci, qui sacro-sanctam habebant formulam Nicaenam. Hinc lites enatae sunt, a Clericis, Monachis, Papa, et Carolo M. agitatae. In oppositam ita sententiam Ecclesia orientalis atque occidentalis iverunt [1])

Doctrina Praedestinationis. — Godeschalcus. [2])

In aliis Ecclesiae occidentalis regionibus aliae potissimum excolebantur doctrinae. Licet enim practica doctrina Augustini omnem fere regeret Ecclesiam occidentalem, vel sic tamen *Franci* mitiorem nonnunquam commendabant sententiam.

In *Franco-Germanica Ecclesia Augustinianismus* ansam dedit litibus. *Dogma* enim *de Praedestinatione* Augustininianum nondum erat plane receptum in Ecclesia. Practice illud amplectebatur; sed theoreticam Augustini de Praedestinatione absoluta doctrinam explicuit Godeschalcus, Monachus Fuldensis. Duplicem sta-

---

1) Cf. auctores supra laud. et in his SWALUE, Diss. I. — WALCH *Hist. controversiae Gr. et Lat. de processione Spir. S.* Jenae 1751. — VOSSIUS, de *tribus Symb.* — *Commentarii de Processione Spir. S. a Patre Filioque* in MAJI, *Collect.* T. VII. p. 1 § 245-252, 255.

2) USSERII, *Hist. Godeschalci*, — GIESELER, et auctt. l. II. 107. — — NEANDER, l. l.

tuit Praedestinationem, cum proborum, tum improborum. Utrosque dixit *Praedestinatos* (847).

Adversarios nactus est Rabanum Maurum, Hincmarum Rhemensem et Joh. Scotum Erigenam, item Concilia Moguntinum (848) et Carisiacum (Chiersy) (849), quae acerbis fatis vexarunt Godeschalcum, sententiae suae tenacem. Postquam autem Prudentius Tricassinus (849), Ratramnus (850), Servatus Lupus et Remigius, Hincmaro sese opposuerant, hic in Concilio altero Carisiaco (852) quatuor articulis Godeschalci doctrinam oppugnavit, quibus sex alios opposuit Conc. Valentinum. (855)

Hinc *duplex sententia*, quae utraque suos habuit patronos, ab eo inde tempore in *Ecclesia* occidentali *superfuit*, conjuncta cum sententiarum discrimine de *gratia*, *libero arbitrio* et *Christi mortis vi salutari.*

Transsubstantiationis doctrina.

Inprimis vero peculiaris occidentalis Ecclesiae doctrina patuit in dogmate de *Sacra Coena* et *Transsubstantiatione.*

Neglecta enim interna et spirituali Religionis Christ. indole, ipsa etiam *doctrina Sacrae Coenae* ad externam rationem in dies magis magisque componebatur. Permutabant notionem communionis corporis et sanguinis Christi cum ipsis panis et vini elementis, et, exculto sacerdotio Christiano, sacerdos magicam fere vim habere putabatur in sacra Coena administranda. — Jam enim Gregorius M. *Missae* doctrinam plane condiderat, suo *Canone Missae* ordinaverat, et sententias, in Ecclesia jam usu receptas, auctoritate ecclesiastica sanciverat.

Ulterius vero processit, saec. 9., Paschasius Radbertus (836), statuens, post benedictionem sacerdotalem, non nisi figuram panis et vini superesse, ipsorum autem substantiam esse tralatam in corpus Christi. Hanc *Transsubstantiationis* doctrinam post eum alii omni suo ambitu exposuerunt.

Oppugnarunt eam Rabanus Maurus et Ratramnus (844), qui symbolicam praesentiam cum corporali miscuerunt, maxime Joh. Scotus Erigena, qui elementa *symbola* dixit corporis Christi, et, medio saec. 11., Berengarius Turonensis, propterea, quod panem immutatum negaret, carceri traditus.

Invitis hisce adversariis, *Catholica* mox *declarabatur* Paschasii *doctrina* et per universam Ecclesiam occidentalem recipiebatur, tum saec. 9., tum saec. 11, auctore Lanfranco et variis Conciliis, licet plures habuerit sententiae asseclas Berengarius. Dum ita crassior illa doctrina in Ecclesia invalescebat, magis magisque mysterii quid referre videbatur S. Coena. [1])

§ 88.

Theologiae Christianae progressus.

In occidentali Ecclesia excolebantur dogmata, Theologia non item. Pependerunt fere Theologi in dogma-

---

1) PASCHASII RADBERTI, *liber de corpore et sanguine Domini* (de quo vid. GIESELER II. 1. 98) — *Liber* BERENGARII TURONENSIS, *de sacra coena adv.* LANFRANCUM, *ex Cod. Ms. Guelpherbytano*, *editus a* STAUDLINO. Gött. 1820. — et STAUDLIN, u. TZSCHIRNER, *Archiv f. alte u. neue Kircheng.* IV. Bd. (Leipz 1813.)

ticis ab Augustino et Gregorio M., in philosophicis ab Aristotele. — Exstiterunt vero *Theologi sententiarii*, *s. positivi*, qui sententias colligebant Patrum Ecclesiae. Sic Isidorus Hispalensis, saec. 7, *sententiarum libros* scripsit, item Trajo, Cesarea-Augustanus, (Saragossa) et Ildefonsus Toletanus, alii.

Verum e *Graeca Ecclesia* primum prodiit *Compendium Dogmatices*, auctore Johanne Damasceno, qui scripsit *ἔκδοσιν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως* (750), a quo *Theologiae Dogmaticae* origo est repetenda, plane referentis Graecorum subtilitatem.

Theologiae vero *mysticae* origo repetenda est a *Pseudo-Dionysii* scriptis, a saec. inde 6 adhibitis. Haec, a Joh. Scoto Erig. e Graeca in Latinam linguam versa, summam habuerunt vim ad Theologiam mysticam inter Monachos et Clericos alendam (1).

---

1) Cf. STAUDENMAIER, *Joh. Scotus Erigena und die Wissensch. seiner Zeit.* Frf. 1834. — FROMMÜLLER, *die Lehre des Joh. Scotus Erigena, vom Wesen des Bösen*, — in STÄUDL. u. a. *Tübinger Zeitschr.* 1830.

Periodus Quarta.

AB HILDEBRANDO ET SCHISMATE UTRIUSQUE ECCLESIAE AD REFORMATIONEM.

1054 — 1520.

§ 89.

Periodi indoles.

Quaecunque in Ecclesiae Christ. conditione occurrunt, facile referuntur ad bina illa: ad *Hierarchiae ἀκμήν ac despotismum* et *Reformationis studia.* — Regnabat enim ubivis Hierarchia, ad summum fastigium adscendens. Quae enim propagabatur Religio, propagabatur illa, ut Hierarchia eveheretur, quae stabiliebatur, ut illa vindicaretur, quae doctrina et dogmata pertractabantur, ut stabiliendae Hierarchiae inservirent. Illa autem utebatur barbara gentium conditione et superstitione, quae sacra illa, i. e. ecclesiastica, Europae aetate maximopere invaluit.

Verum sensim, maxime vero a saeculo inde 13, alia prodeunt studia. Gentes Germanicae novam agere vi-

tam incipiunt, et, quod, aetate Caroli M., tentaverant, jam explicare incipiebant vires et facultates. Hinc factum, ut altiora proferrent. Hierarchiae despotismo sese opponunt magis magisque Monachi, Clerici, Principes, Gentes; singuli adversarii existunt Pontificum. Decrementa igitur cernuntur auctoritatis papalis. Reformandae Ecclesiae ubivis apparent studia, maxime Hierarchiae et morum, i. e. reformationis in capite et membris, hic illic tantum ipsius doctrinae. Ita tamen procedunt cuncta haecce, ut tandem oriretur Reformatio.

Sectio Prima.

HISTORIA PUBLICA RELIGIONIS CHRISTIANAE.

Religionis, ulterius propagatae, cum Islamismo pugna.

§ 90.

Sectionis argumentum.

Varia fuit prorsus pugnae fortuna, quam in diversis Orbis partibus Religio Christiana egit cum Ethnicismo et Islamismo. Universe quidem aevi studiis militaribus usi sunt ad propagandam atque vindicandam caussam Christianam. Haec vero in Oriente non nisi per aliquod tempus valuerunt ad excitandum ardorem heroicum inter

Christianos. Ita enim Terram Sanctam orbi Christiano reddere studuerunt, institutis Expeditionibus sacris, quae, ab anno inde 1097 ad 1291 vario exitu gestae, regnum Christianum condiderunt *in Oriente*, quod, exeunte s. 13, prorsus succubuit Islamismo, ita ut turbata fuerit Chr. Religionis in ipso *Imperio Byzantino* conditio. Felicius vero in *Hispania* cum Islamismo pugnatum est. Primum enim, ope Ordinum equestrium Hispanicorum, s. 12 et 13, Mauri victi sunt, et tandem, exeunte s. 15, omnis evanuit ex Hispania Islamismus.

Ethnicismum, maxime in vastissimo *Tartarorum* regno, inter Sinenses profligare tentabant Christianorum Missionarii; sed frustra. Supererant tamen hic illic in *Oriente* Christiani Catholici, Nestoriani, Monophysitae.

Quae Islamismi, eadem fuit Ethnicismi fortuna. Ex Oriente fugavit Religionem Christianam; quae in *Europa* de utraque Religione victoriam reportavit. Ita enim gentes *Wendo-Slavonicae*, hucusque Ethnicae, sensim acceperunt Religionem Christianam. In his *Pomerani* (1128), praecone Ottone, Ep. Bamburgensi, *Wilsi*, *Obotriti*, alii, auctoribus Bernone et Vicelino. — Europa vero septentrionalis Orientem versus vi militari ad fidem Christianam adducebatur, quam docebant Missionarii. Ita *Finni*, *Liflandi*, *Esthones*, *Curlandi*, *Borussi*, sensim postremas everterunt Ethnicismi in Europa reliquias.

Exeunte hacce aetate, detecta *America*, nova aperiebatur Religioni Christianae via.

tam incipiunt, et, quod, aetate Caroli M., tentaverant, jam explicare incipiebant vires et facultates. Hinc factum, ut altiora proferrent. Hierarchiae despotismo sese opponunt magis magisque Monachi, Clerici, Principes, Gentes; singuli adversarii existunt Pontificum. Decrementa igitur cernuntur auctoritatis papalis. Reformandae Ecclesiae ubivis apparent studia, maxime Hierarchiae et morum, i. e. reformationis in capite et membris, hic illic tantum ipsius doctrinae. Ita tamen procedunt cuncta haecce, ut tandem oriretur Reformatio.

Sectio Prima.

HISTORIA PUBLICA RELIGIONIS CHRISTIANAE.

Religionis, ulterius propagatae, cum Islamismo pugna.

§ 90.

Sectionis argumentum.

Varia fuit prorsus pugnae fortuna, quam in diversis Orbis partibus Religio Christiana egit cum Ethnicismo et Islamismo. Universe quidem aevi studiis militaribus usi sunt ad propagandam atque vindicandam caussam Christianam. Haec vero in Oriente non nisi per aliquod tempus valuerunt ad excitandum ardorem heroicum inter

Christianos. Ita enim Terram Sanctam orbi Christiano reddere studuerunt, institutis Expeditionibus sacris, quae, ab anno inde 1097 ad 1291 vario exitu gestae, regnum Christianum condiderunt *in Oriente*, quod, exeunte s. 13, prorsus succubuit Islamismo, ita ut turbata fuerit Chr. Religionis in ipso *Imperio Byzantino* conditio. Felicius vero in *Hispania* cum Islamismo pugnatum est. Primum enim, ope Ordinum equestrium Hispanicorum, s. 12 et 13, Mauri victi sunt, et tandem, exeunte s. 15, omnis evanuit ex Hispania Islamismus.

Ethnicismum, maxime in vastissimo *Tartarorum* regno, inter Sinenses profligare tentabant Christianorum Missionarii; sed frustra. Supererant tamen hic illic in *Oriente* Christiani Catholici, Nestoriani, Monophysitae.

Quae Islamismi, eadem fuit Ethnicismi fortuna. Ex Oriente fugavit Religionem Christianam; quae in *Europa* de utraque Religione victoriam reportavit. Ita enim gentes *Wendo-Slavonicae*, hucusque Ethnicae, sensim acceperunt Religionem Christianam. In his *Pomerani* (1128), praecone Ottone, Ep. Bamburgensi, *Wilsi*, *Obotriti*, alii, auctoribus Bernone et Vicelino. — Europa vero septentrionalis Orientem versus vi militari ad fidem Christianam adducebatur, quam docebant Missionarii. Ita *Finni*, *Liflandi*, *Esthones*, *Curlandi*, *Borussi*, sensim postremas everterunt Ethnicismi in Europa reliquias.

Exeunte hacce aetate, detecta *America*, nova aperiebatur Religioni Christianae via.

§ 91.

Propagandae Religionis Christianae inter Saracenos conatus, Expeditionibus sacris. — Turbata professio R. Chr. in Byzantino Imperio.

Propagandae Religionis Christianae ardor peculiarem induit hac aetate formam. Studia illa conjuncta erant cum aevi studiis militaribus et hierarchicis; quae maxime patuerunt in institutis conatibus *inter Saracenos ac Turcas Evangelium* propagandi, cujus frustra periculum fecerunt Christiani Europaei.

Scilicet militari ratione propagandae Rel. Chr. opportunitatem praebuerunt capta a Turcis Hierosolyma. Invaluerant jam, a longo inde tempore, *peregrinationes* in loca sancta, maxime Hierosolyma, quae, tutae haud amplius a vi Saracenorum, militari gentium Germanicarum aetate, bellorum et expeditionum militarium induerunt rationem, opportunitate captorum a Turcis Hierosolymorum. Sic exstiterunt *bella sacra*, quibus, auctore Hierarchia, communis agebatur Europae ad propagandum Evangelium caussa. 1)

Quinque fere *Periodis* distribuitur Historia harum Expeditionum, in quarum singulis plurimae susceptae fuerunt expeditiones, cum terra, tum mari.

Prima Expeditionum s. periodo (1097—1146) con-

1) De caussis bellorum sacrorum cf. W. MUURLING, *Comm. litt. de conditione gentium Europ. sub finem saec.* 11, *et caussis bellorum sacrorum*, obvia in *Annal. Acad. Rheno-Traject.* 1825-1826.

debatur Regnum Christianum Hierosolymitanum. Postquam enim antea Pontt. Ro. illum ardorem excitare studuerant, maxime G r e g o r i u s VII, tandem P e t r u s Eremyta, e Palaestina redux, ad bella illa instituenda gentes excitavit, (1093), ipsique persuasit Papae Ro., U r b a n o II, strenuo vindici Hierarchiae Papalis. In Synodis igitur Placentina et Claromontana (1095) Expeditio cruciata fuit decreta, ut Terram sanctam vindicarent a Turcis et Rel. Chr. propagarent per eas regiones, e quibus Saraceni eam fugaverant. Prima illa processit, duce Petro et maxime G o d e f r e d o Bouillonensi (1096). Hunc vero ardorem propagationis promoverunt ratio feudalis, fames, caussa equestris, alia. E Francia per Germaniam et Hungriam Constantinopolin processerunt, unde cum Normannis, ex Italia inferiori, conjuncti, Bosphorum trajecerunt cruciati milites (Mart. 1097), ceperuntque Nicaeam in Iconio, deinde Antiochiam in Syria (Junii 1098); tandem ipsa Hierosolyma (15 Julii 1099), ibique *Regnum* condiderunt *Hierosolymitanum*, Rege G o d e f r e d o. Hoc quidem ab aliis copiarum ducibus extendebatur continue, nec non a Godefredi successoribus, B a l d u i n o I (1100) et B a l d u i n o II (1118). Verum internis Principum litibus regnum illud patuit facilius Saracenis, adeo ut Tyrus (1124) et Edessa (1144) a Saracenis occuparentur.

Continenter vero aliae expeditiones terra marique processerunt Hierosolyma versus.

Secunda Expeditionum cruciatarum *periodo* (1147-1187) Sanctus B e r n a r d u s, auctore Papa E u g e n i o III., novas excitavit expeditiones, quibus Ludov. VII., Galliae rex, et Conradus III., Germaniae Imperator (1147), interfuerunt, qui, post irritam operam, domum sunt reversi (1149). Varia bella gesserunt cum Saracenis,

Christiani (1154, 1162, 1164), tandem **Saladinus** Aegyptum occupavit (1174), deinceps Syriam, Palaestinam, ipsaque Hierosolyma (1187); quo evanuit regnum Hierosolymitanum, exceptis paucis partibus.

Tertia periodo (1188-1203), hac Saladini victoriae Christianos denuo excitarunt. Auctoribus Pontt. **Gregorio VIII.** et **Clemente III.**, Reges Franciae **Phil. Aug.** et *Angliae* **Richardus I**, uti et Germaniae Imperator **Fred. Barbarossa**, cum immensa hominum turba Asiam petierunt (1191.) Fred. vero Imp., qui cum 150,000 militum eo processerat, Constantinopoli mortuus est. Reges autem mari ad Asiam navigantes, Cyprum et Acren (Ptolemaïda) ceperunt. — Neque vero insequentium Expeditionum, v. c. Imperatoris Henrici VI (1196), ulla fuit vis. Saladinus obiit a°. 1193.

Quarta periodo (1203-1246) non adeo Terram sanctam, sed Constantinopolin et Aegyptum ceperunt, et *Constantinopoli Imperium Latinorum* condiderunt ac tenuerunt (1204-1261), Imperatore **Balduino** Flandro. Propagatio igitur Rel. Chr. magis magisque abiit in caussam et civilem et militarem.

Quinta tandem *periodo* (1248-1291) **Ludovicus** Sanctus Aegyptum petiit, Damiatem cepit (1249); sed Mogoli, magis magisque per Asiam victores, Hierosolyma tandem ceperunt, et, capta Ptolemaïde (1291), evanuit Christianorum in Oriente imperium.

Neque adeo Expeditiones illae in Oriente restituere potuerunt Religionem Christianam. Post duorum fere saeculorum bella, plurimaque mala, quae pertulerant, reliquiae eorum domum redierunt, non sacra, at humana prorsus usae ratione agendi, neque Religionis

Christianae magis, quam suae potestatis et Imperii sui, caussam agentes. [1]

Contra vero *Islamismus victoriam reportavit prae Ecclesia Graeca.* Everso Imperio Byzantino (1453), Turcae regiones orientales ipsamque Constantinopolin occuparunt. Quo factum, ut, victore Islamismo, perierit Ecclesiae Graecae vigor, quae, turbata professione Rel. Chr., in unam fere Graeciam secessit.

§ 92.

Religionis Christianae in Oriente conditio et inter Tartaros propagatio.

Dum universe, vel Ethnicismus orientalis, vel Islamismus, dominabatur in Oriente, hic illic erant *Catholici Christiani*, licet numero pauci; plures vero *Nestoriani* et *Monophysitae*, ipsaque *Aethiopia* s. *Abyssinia*, Rel. Christianam amplectebatur.

Inprimis vero in vastissimo *Tartarorum* regno, inter Lamaistas, Religionem propagare studebant Christiani.

---

1) In classico opere BONGARSII, *Gesta Dei per Francos. s. Orient. expeditionum et regni Francorum Hierosolymitani historia*, Hanoviae 1611. F. I. et II.; uno vol. fol. continentur GUIL. TYRII, FORSELLII, al. *historiae.* — *Scriptores* item *Byzantini* multa de iis retulerunt, maxime ANNA COMNENA; — uti et inter Arabes BOHADDUS, *vita Saladini*, quam SCHULTENSIUS edidit. — Ceterum cff. de bellis Sacris: WILKEN, *Gesch. der Kreuzzüge, nach morgenl. u. abendl. Berichten.* Leips. 1807-1830. 6 Bd. — MICHAUD, *Hist. des Croisades.* Par. 1812. 7 vol., et *Biographie des Croisades.* — REGENBOGEN, *de bellis Sacris.* — NEANDER, *der H. Bernard.* Berl. 1812. — HEEREN, *Entwick. der Folgen der Kreuzzüge für Europa* — in Ej. *Hist. Werke*, II.

Uti antea jam Nestoriani, ss. 7, 8 et 9, *Sinensibus* Evangelium praedicasse dicuntur, ita Johannes Presbyter (s. 11) in eo felicius processit, adeo ut regnum conderet Christianum, quod tamen succubuit Zingis-chano, Mogolorum Principi (1202).

Cum vero Mogoli Europae partes devastarent (1241), Pont. Ro. ad eos Missionarios misit, et Franciscanos, et Dominicanos, ut cum Lat. Eccl. eos conciliarent, neque infelici successu, adeo ut Cambaliensis (1307) (Peking) Episcopatus inter Sinenses conderetur. Nec vero minus Nestoriani in his laborarunt.

Verum diviso Mogolorum regno inter Persas et Sinenses, Sinensibusque Tartaros e Sina fugantibus, ipsi pulsi sunt Christiani, et (1370), dominante Timure, s. Tamerlano, ipsa periit caussa Christiana, neque postea vix aliquid instituti conatus valuerunt. Dominabatur in Oriente vel Islamismus, vel Ethnicismus, maxime Lamaismus. [1])

§ 93.

Publica Religionis Chr. conditio ejusque propagatio per Europam Ethnicam.

Jam superiori Periodo maxima Europae pars ab Ethnicismo ad Christianismum erat conversa. Nonnulli tamen supererant populi in parte Europae septentrionali et orientali, qui, avitae Religionis tenaces, hacce aetate convertebantur, maxime eadem illa militari ratione, quae, uti antea inter Saxones, ita nunc peculiari forma inter Saracenos fuit adhibita.

---

1) Cs. praeter ASSEMANNI, *Biblioth. Orient.* inprimis MOSHEMI, *Hist. Tatarorum Ecclesiastica*, Helmst. 1741.

Plurimae *gentes Wendo-Slavonicae*, Ethnicae adhucdum, acceperunt Religionem Christianam. Sic enim *Pomeraniam* Duces Poloni sibi subigere tentabant simulque ipsi offerre Evangelium. Quae tamen victoria demum cessit Boleslavio III (1121), praecone Ottone, Episcopo Bambergensi, qui tandem Ethnicismum plane profligavit (1128). [1])

Evanuerant antea e Regno *Wendorum*, a Godeschalco condito (1047), Christianae Religionis semina. Cum vero Germani magis magisque Wendos subigerent, suam cum iis communicarunt Religionem. Quod inprimis prospere cessit Alberto Urso (1133) et Henrico Leoni, qui regnum Saxonicum ad Wendos propagavit (1142). Hic *Wilsos*, *Obotritos*, ceterosque Wendos, ope maxime coloniarum Germanicarum, ad Evangelium profitendum adduxit, everso inter eos Ethnicismo. Missionarios inter eos sese praestiterunt diligentissimos Berno, Ep. Meissensis, et Vicelinus, Ep. Oldenburgensis (1149).

Licet in insula *Rugen* diutius, quam alibi, sedes

---

1) Praeter alios cs. inprimis KANNGIESSER, *Bekehrungs-Gesch. der Pommern zum Christenthum*, Greifsw. 1824. — *Otto*, *Bissch. v. Bamberg*, *der Pommern Bekehrer*, Stett. 1792. (von SELL). — BUSCH, *Memoria Othonis*, *Pomer. Apostoli*, Jen. 1824.

De Wendis cs. *Sct. Vicelin* von KRUSE, Alton. 1826.

De Rugeniis cs. *Estrup Absalon* a. d. Dan. von MOHNIKE in ILLGEN, *Zeitschr. f. hist. Theol.* II. 1. 1832.

De Finnis, Livonibus et Esthonibus cs. *Origines Livoniae sacrae et civiles*, s. *chron. Livonicum vetus* c. n. GRUBERI, Lips. 1740.

De Borussis P. DE DUSBURG, *Chron. Prussiae*, Jen. 1679.; nec vero minus Historici variarum harum gentium, uti MÜNTER, *Kircheng. von Dänemark*. s. l. al.

fuerit Ethnicismi, vel sic tamen Danorum Rex, Waldemar (1169), ope usus Ep. Absalonis, Ethnicismum fugavit.

In *Europa septentrionali* Orientem versus vis militaris opem tulit Missionariorum labori.

Finnos, proprie dictos, Ericus Sanctus, Sueciae Rex (1157), vicit et Christianos reddidit.

Inter *Liflandos* primum mercatura, postea Meinhardus (1186) et Bernardus Holsatiensis, Archiepp. Hamburgenses, Rel. Chr. commendarunt: quorum hic maxime ope utebatur cruciatarum Expeditionum, a Westfalis et Saxonibus institutarum (1198). Hisce igitur, nec vero minus Ordine equestri Ensiferorum, Liflandia ad eam profitendam Religionem accessit (1202.)

Qui Suevis, Evangelium annunciantibus, non cesserant *Esthones*, cesserunt felicius Ordini Ensiferorum, auctoritate uso Waldemari II, Daniae Regis, et praecone Alberto, Ep. Liflandiae (1198-1229). Verum Danica haecce Ecclesia, post varias lites, tandem ad Germanicam transiit. — Pari ratione convertebantur *Curlandi.*

Diu inprimis pugnam Ethnicismi adversus Christianismum certarunt *Borussi.* Parum inter eos valuerunt conatus Adelberti, Ep. Pragens. (996), et Brunonis, Mon. Ben. (1208). Inprimis enim lites politicae cum Polonis odium excitarunt adversus Chr. Rel., et caussa politica exacerbabat populum Ethnicum, dum Christianus, Mon. Cisterc. ab anno 1209 Borussiae Apostolus, primusque Episcopus, privatam instituebat operam. — Tandem vero vis militaris Borussiam ad fidem Chr. adduxit, auctore Conrado, Duce Massoviae, qui Borussiam subigere tentabat; Ordo Teutonicus, cum Ensiferis conjunctus, Borussiam vastavit, vicit,

ipsum Ethnicismum subvertit (1226-1283) inque occupata ac vastata regione suum regnum condidit.

§ 94.

Pugna Islamismi et Christianismi in Hispania; hujus de illo victoria.

In meridionali Europa *Mauri* occupabant *Hispaniam*, unis exceptis Asturiis et Navarra. Medio vero saec. 11. pugna inter Islamismum et Christianismum acrior excitabatur. Exstiterunt Regna nonnulla Christiana in Hispania et valuit maxime militaris ratio a s. 13 ad fugandos Mauros, quorum jam ad interitum vergebat illic imperium. *Ordines* exstiterunt equestres *Sacri Hispanici*, eo consilio, ut exstirparent hosce Rel. Chr. hostes; maxime *Ordo Sct. Jacobi Compostellae* (1175), *Alcantarae* (1219), alii, quibus opem tulerunt Reges, potissimum Ferdinandus III, regna Castiliae et Leonis conjungens. Hi magis magisque Mauros e variis regnis propulerunt. Tandem vero Ferdinandus, Arragoniae et Castiliae regna occupans, Inquisitionis tribunali fuit usus, atque tum Mauros, tum Judaeos, aut vicit prorsus, aut convertit. Denique occupata *Granata*, una illa Maurorum ditione (1490), *Monarchia Christiana* evasit *Hispania*, Judaeorum plurimis in Lusitaniam profugientibus.

§ 95.

America, Religioni Christianae aperta.

Uti jam Religioni Chr. patuit orbis Europaeus, ita detecta *America* novum ei aperuit orbem sub finem hujus

fuerit Ethnicismi, vel sic tamen Danorum Rex, Waldemar (1169), ope usus Ep. Absalonis, Ethnicismum fugavit.

In *Europa septentrionali* Orientem versus vis militaris opem tulit Missionariorum labori.

Finnos, proprie dictos, Ericus Sanctus, Sueciae Rex (1157), vicit et Christianos reddidit.

Inter *Liflandos* primum mercatura, postea Meinhardus (1186) et Bernardus Holsatiensis, Archiepp. Hamburgenses, Rel. Chr. commendarunt: quorum hic maxime ope utebatur cruciatarum Expeditionum, a Westfalis et Saxonibus institutarum (1198). Hisce igitur, nec vero minus Ordine equestri Ensiferorum, Liflandia ad eam profitendam Religionem accessit (1202.)

Qui Suevis, Evangelium annunciantibus, non cesserant *Esthones*, cesserunt felicius Ordini Ensiferorum, auctoritate uso Waldemari II, Daniae Regis, et praecone Alberto, Ep. Liflandiae (1198-1229). Verum Danica haecce Ecclesia, post varias lites, tandem ad Germanicam transiit. — Pari ratione convertebantur *Curlandi*.

Diu inprimis pugnam Ethnicismi adversus Christianismum certarunt *Borussi*. Parum inter eos valuerunt conatus Adelberti, Ep. Pragens. (996), et Brunonis, Mon. Ben. (1208). Inprimis enim lites politicae cum Polonis odium excitarunt adversus Chr. Rel., et caussa politica exacerbabat populum Ethnicum, dum Christianus, Mon. Cisterc. ab anno 1209 Borussiae Apostolus, primusque Episcopus, privatam instituebat operam. — Tandem vero vis militaris Borussiam ad fidem Chr. adduxit, auctore Conrado, Duce Massoviae, qui Borussiam subigere tentabat; Ordo Teutonicus, cum Ensiferis conjunctus, Borussiam vastavit, vicit,

ipsum Ethnicismum subvertit (1226-1283) inque occupata ac vastata regione suum regnum condidit.

§ 94.

Pugna Islamismi et Christianismi in Hispania; hujus de illo victoria.

In meridionali Europa *Mauri* occupabant *Hispaniam*, unis exceptis Asturiis et Navarra. Medio vero saec. 11. pugna inter Islamismum et Christianismum acrior excitabatur. Exstiterunt Regna nonnulla Christiana in Hispania et valuit maxime militaris ratio a s. 13 ad fugandos Mauros, quorum jam ad interitum vergebat illic imperium. *Ordines* exstiterunt equestres *Sacri Hispanici*, eo consilio, ut exstirparent hosce Rel. Chr. hostes; maxime *Ordo Sct. Jacobi Compostellae* (1175), *Alcantarae* (1219), alii, quibus opem tulerunt Reges, potissimum Ferdinandus III, regna Castiliae et Leonis conjungens. Hi magis magisque Mauros e variis regnis propulerunt. Tandem vero Ferdinandus, Arragoniae et Castiliae regna occupans, Inquisitionis tribunali fuit usus, atque tum Mauros, tum Judaeos, aut vicit prorsus, aut convertit. Denique occupata *Granata*, una illa Maurorum ditione (1490), *Monarchia Christiana* evasit *Hispania*, Judaeorum plurimis in Lusitaniam profugientibus.

§ 95.

America, Religioni Christianae aperta.

Uti jam Religioni Chr. patuit orbis Europaeus, ita detecta *America* novum ei aperuit orbem sub finem hujus

Periodi. Papa Rom. eo Missionarios misit, cum Dominicanos, tum Franciscanos, qui in convertendos Americanos crudeliter saevierunt, multa millia hominum necarunt et vi atque injuria doctrinam amoris cum iis comminicarunt. [1])

Sectio Secunda.

HISTORIA HIERARCHIAE ET SOCIETATIS CHRISTIANAE.

§ 96.

Sectionis argumentum.

Societas Christiana magnam inprimis subiit commutationem variis, quae dominabantur, aevi studiis, cum sacris, tum politicis, nec vero minus militaribus. ***Certamen inter Ecclesiam et Imperium*** notam velut characteristicam refert hujus aetatis.

Quippe, sacra hac gentium Europaearum aetate, Pontifices Romani Ecclesiae Societatem civilem submittere studuerunt, novamque condere *Theocratiam*, cui omnes subessent Regiones et Regna, aeque ac Principes, Reges, Imperatores, cujusque Princeps supremus, Papa, Jesu Deique locum in hisce terris occuparet. — Tale quid sane spectasse videtur Hildebrandus, s. Gregorius 7, illudque consilium variis institutis assequi tentavit. Hinc, aucto-

1) BARTHOL. CASAE *Relatio de destruct. Indiarum*, Heid. 1664. 4. Germanice, Francf. 1665.

ribus cum illo, tum Innocentio III., Bonifacio VIII. al. Despotismus papalis conditus est, et universa exstitit in Orbe Christiano occidentali Monarchia sacra, s. una Societas.

Hinc repetenda *forma Ecclesiae* monarchico-despotica. Despotismum hunc tuebantur Clerici adversus Haereticos et adversarios quoscunque, instituto horrendo *Inquisitionis* tribunali, quod summa saevitia Hierarchiae exsequebatur decreta, perque varias regiones, maxime in Europa Latina, potissimum in Hispania, sedem suam constituit. — Augebatur fere *fiscus ecclesiasticus*, cum donis et bonis, supra memoratis, tum Reservationibus, s. Provisionibus, Annatibus, Fructibus medii temporis, Fructibus male perceptis, Jure spolii, Commendationibus, Unionibus, uti et Indulgentiis.

Haec quidem Monarchia sua gessit bella, scilicet *Expeditiones sacras*, in quibus communis agebatur Europae caussa. Valuerunt illae ad auctoritatem Pontificum in Clerum augendam, uti et Ecclesiae in civile Imperium; i. e. ad constituendam Ecclesiae Monarchiam universam in Europa.

Quae cum esset *despotismi* papalis conditio, inprimis a saeculo inde 14, ipsius *decrementa* cernebantur. Gentium enim Neo-Europaearum politica conditio sese explicuit, sacrae conditioni opposita. Hinc lites Paparum cum Philippo pulchro (1300), quarum opportunitate Papae Avenionem cesserunt (1305-1377). Hinc Papae et Antipapae, et Schisma, in Ecclesia occidentali ortum. Hinc decreta Concilii Pisani (1409), Constantiensis (1414) et Basiliensis (1431); hinc simul Pontificum vitia et scelera tandem valuerunt ad imminuendam Despo-

tismi papalis vim. Magis ita magisque Reformationis studia liberaliora prodierunt inter gentes; quibus incitati fuerunt Papae, ut singulis uterentur opportunitatibus, sacris, militaribus, politicis, juridicis, ad stabiliendam Hierarchiae et despotismi caussam.

In hac autem Societate magnas egerunt partes *Monachi*. Cum enim societatis studia sese exsererent in gentibus, plurimi exstiterunt Monachorum Ordines. Alii ad reformandam vitam Monachicam valuerunt, uti, saec. 11, Carthusii, Cistercienses, Grammontanenses; alii militarem rationem cum Religionis caussa conjunxerunt, quales, saec. 12., Ordines Equestres sacri; in his Ordo Equitum s. Joh. Hierosolymitani, Ordo Templariorum et Ordo Teutonicorum Equitum; alii, cessante ardore militari et heroico, moralem indolem instaurabant, in *πρᾶξιν* convertendis Monachorum votis; scilicet Ordines Mendicantium, saec. 13. exorti; in his Carmelitae, Dominicani et Franciscani; nec non Clarissenae et Augustiniani Eremitae; alii cum vita hominum communi arctius erant conjuncti, maxime in Belgio, ut Beguinae, Beghardi, Lollhardi, Fratres vitae communis, cet. — Qui quidem omnes studia sua perduxerunt ad Nobiliores, Milites, Plebem adeo.

Postquam vero *Canonicorum Capitula* fuerant clausa, illa Senatum informabant Dioeceseos. Verum corrupta illa Capitula emendare studuit *Praemonstratensis* Canonicorum Ordo (1120), cujus tamen vis moralis sensim periit.

Vita Christiana fuit sordida plerumque, cum inter Clericos, tum inter Laicos, licet nonnulli meliora studuerint.

Vita Ecclesiastica cultu externo et disciplina laxiori

cernebatur. Cerimoniis fere absolvebatur cultus s., festis diebus oneratus; Disciplinae ecclesiasticae poenis (excommunicationi, anathemati, interdicto,) accesserunt Indulgentiae plenariae, quae ad illud impudentiae culmen processerunt, ut, saec. 16., opportunitatem darent Reformationi.

§ 97.

Fata Hierarchiae. — Hildebrandus, s. Gregorius VII. 1054–1085.

Ab eo inde tempore, quo Hildebrandus in Curia papali vim habere incepit, nova plane orta est Hierarchiae, atque adeo Ecclesiae, conditio. — Depravata admodum Ecclesia Imperio suberat, eoque vinculo, maxime ope Simoniae et Investiturae Clericorum, in dies corrumpebatur. — Uti vero conjuncta jam diu fuerant studia reformandae Ecclesiae cum studiis Theocratiae Christianae evehendae, ita jam prodiit Hildebrandus, Paparum administer, dein Gregorii VII nomine Papa creatus (1073), qui, reformandae Ecclesiae studiosus, vincula rumpere cum Civitate studebat, adeo ut Ecclesiam, Imperio hucusque submissam, prae illo eveheret illudque ipsi submitteret.

Talem Ecclesiae Reformationem, evehenda Theocratia papali, ipso auctore, inceperant Papae Leo IX. (1048-1054), Victor II. († 1057), Stephanus IX. († 1058), Nicolaus II. (1061) Alexander II. († 1073); instituit vero ipse Gregorius VII. (1073-1085), qui despotice processit in reformanda Ecclesia et evehenda Theocratia papali, maxime tollenda *Simonia* et *Investitura Clericorum*, horumque instituendo *Coelibatu*, uti jam antea Nicolao II.

suasor fuerat, ut in posterum Papas Romanos a *Cardinalibus* Romanis eligendos curaret. — Haec quidem instituta vindicavit acerrime, haud raro crudeliter ac despotice, adversus Henricum IV. Germ. Imperatorem ceterosque Principes; adeo ut revera despotismum conderet papalem. [1])

§ 98.

Hierarchia a Gregorio VII ad Innocentii III mortem. 1085-1216.

Increvit omni hoc tempore auctoritas papalis in medio cum Principibus, maxime cum Germaniae Imperatore, certamine. De principatu enim Hierarchia cum Imperio pugnam egit. — Hinc lites Henrici IV. ejusque filii Conradi cum Victore III. (1085-1087), Urbano II. (1088-1099) al. et Philippi, Franciae Regis cum Paschale II. cet. (1099-1118). Tandem vero pax componi videbatur inter Imperium et Ecclesiam, Concordato Wormatiensi (1122) a Concilio Lateran. sancito (1123).

Vel sic tamen postea progressus continuos fecit auctoritas papalis eo, quod, imperante gente Hohenstaufica, a Conrado inde III. (1137), in mediis Guelforum et

1) De Gregorio VII. css. prae ceteris GREGORII *Epistolae*, ap. MANSI, *Act. Conc.* XX. p. 60. sqq. — Praeterea Testimonia de eo BENNONIS, OLBERTI, BENZONIS, BRUNONIS, l. ap. GIESELERUM a. a. O. II. 2. 5 ff. et HASE, a. a. O. § 232. — Historicis, qui de eo egerunt, ib. laud. maxime VOIGTO addatur: VERBEET, *Comm. de commutatione, quam, Gregorio 7. auctore, Hierarchia Rom. subiit*, in *Annal. Acad.* Traj. 1832. — SONSTRAL *Gregor VII*, 2 d. Amst. 1838.

Ghibellinorum dissidiis Italo-Germanicis, partes acceperint politicas, sibi addictas, Papae. — Simul vero eadem illa studia politica ipsis perquam noxia evaserunt, cum ob schisma, inde ortum, inter Anacletum III, Papam Italiae, et Innocentium II, ceterarum regionum Papam; tum ob democratica aevi studia, quae libertatis ecclesiasticae desiderium alebant. Excitabantur illa porro ab Italis ipsisque adeo Romanis, qui, suasore Arnoldo de Brescia, terrestri Papae auctoritati resistebant (1139), eaque exstinguere haud potuerunt Lucius II. et Eugenius III. (1153).

Inprimis vero alia accesserunt, quae in medio illo certamine egregie confirmabant Hierarchiae auctoritatem, scilicet: *Expeditiones cruciatae.* Hisce enim Monarchia illa sacra bella agere videbatur ad suam vindicandam caussam et constituendam primariam suam in orbe Christiano auctoritatem. Prodiit enim ita primum Papa Romanus, tanquam Princeps primarius Orbis, sub quo merebantur Gentes, Nobiles, Duces, Reges, Imperatores adeo. Singulis igitur hisce praefuit ille.

Contra vero *Expeditiones illae* in posterum *valuerunt ad alenda studia democratica*, quae jam maturescebant in gentibus Europaeis. Duplicem ita pugnam egit continue Papa Romanus, alteram cum Monarchia politica, cum increscente Democratia alteram. Haud raro infelici fortuna usi, disputabant Papae cum Germania, Anglia et Gallia. Imperatores saepe victorias de iis reportarunt. — Anglicanam vero Ecclesiam, adjuvante Thoma Becket, Archiep. Cantuariensi (1162), Papae sibi prorsus submiserunt eamque per Legatos suos regere instituerunt

Tandem vero surrexit Innocentius III. (1198)

Theologus simul et JCtus, et Ecclesiastico-Hierarcha, qui rite percepit indolem Hierarchiae suo aevo. Revera sese gessit, non Petri tantum, sed ipsius Christi ac Dei in his terris, Vicarium; Monarcham ita prae omni alia auctoritate, imperatoria etiam. — Hoc sane propositum per universam Europam, variis, quae gessit, bellis et ipsis Expeditionibus cruciatis, exsequi tentavit. Uti vero cum Imperatore litigavit de Siciliae feudo, ipsius abrogavit dominium in Urbem Romam, sibique auctoritatem, quam Imperatores dubiam reddere conabantur, sumsit concedendi coronam Imperii; ita pari ratione ceteros Europae Principes, maxime Galliae, Angliae, Hispaniae, Portogalliae, Bulgariae, sibi submittere conatus est; quin Expeditione sacra (1202) Ecclesiam Constantinopolitanam Latinae Hierarchiae et sibi submissurus esse videbatur. Ille igitur revera, quod sibi proposuerant superioris aevi Pontifices, stabilivit Theocratiam papalem, Reges Vasallos suos habuit, regnaque ditiones suas, ita ut Deum unice Dominum revereretur. Summum vero Hierarchiae splendorem retulit in Lateranensi Concilio, Oec. 4. (1215.) Diem obiit (1216.)

Talem Hierarchiam successoribus reliquit, ad summum, ut videbatur, auctoritatis fastigium perductam. Veruntamen intus jam alebantur decrescentis auctoritatis semina. 1)

---

1) Css. maxime PLANCK a. a. O. Bd. IV. — NEANDER, *der heil. Bernard und sein Zeitalter*. Berl. 1813. — et auctores de *Cruciatis expeditionibus*, supra l. — v. RAUMER, *die Hohenstaufen*. — CAPEFIGUE, *Hist. de Phil. August*. Brux. 1831. — HURTER, *Gesch. Papst Innocenz III. und seiner Zeitgenossen*. Hamb. 1834. III vol. deque Eo *Epistt*. INNOCENTII. — ed. BALUSIUS; Par. 1682. 2 vol. — et de BREQUETIL in *Collectione*. — De Arnoldo a Brescia. H. FRANKE *und sein Zeit*. Zürich 1825. — De BECKETO ejus *Epist*. l. VI. Brux. 1682. 4. — aliique auctores, laudati a GIESELERO, l. l. II. II. p. 87 sqq. et HASIO, l. l: p. 224.

§ 99.

Despotismus Hierarchiae ejusque decrementa ab Innocentii III morte ad Reformationem.

1216-1520.

Hisce fere vestigiis institerunt insequentes Pontifices ad Reformationem usque. Quo magis enim sibi opposita advertebant studia, eo magis despotice pericula haecce avertere conabantur, adeo ut verum *Despotismum papalem* condiderint. — Simul vero e maturescenti gentium Neo-Europaearum, maxime Germanicarum, indole explicandum est, quod, inde a saec. 13., majori vi auctoritati huic Latinae sese opposuerint illae, eamque fere nonnulli Germani recusarent.

Saeculo 13. omnis etiamtum Historia Hierarchiae occupabatur *certamine* de Monarchia universa *inter Papas et Imperatores* e gente Hohenstaufica, quod simul ad ceteros Principes extendebant. Haud raro Sicilia ansam dedit litium. Sic Honorio III. (1216-1227) et Gregorio IX. (1227-1241) oppositus fuit Fredericus II. (1218-1250), Imper., qui sese vocatum esse ratus est ad frangendam Hierarchiae vim, donec exstinctis Hohenstaufis, a Conradino inde, successerunt Habsburgici (1273), praeeunte Rudolpho, qui Italiam Papae, Germaniam Imperatori, vindicavit.

Jam vero saec. 14. aliorsum convertebatur certamen Ecclesiam inter et Imperium. — Quippe Bonifacio VIII., homine vehementi eodemque ducto acerrimo studio persequendi ulterius ea, quae instituerat Gregorius et stabiliverat Innocentius, papalem sedem occupante (1294-1303), Francia sese Hierarchiae opponere eamque

vehementer oppugnare incepit. Philippus Pulcher Bonifacio restitit (1302-1303). Verum ille, invocato adversus Papam populo, fulmine sacro petebatur. Acerrimas egerunt inter se lites, donec tandem Papa, ad summas angustias redactus, Roma cessit Anagniam (1303) ibique obiit.

Hujus quidem pugnae is fuit effectus, ut in tutelam Regis Franciae cederet Papa Romanus. Philippo enim morem gessit Clemens V., Clericus Franco-Gallus, (1305) qui Avenionem sedem constituit papalem, ubi per 72 annos, veluti in exsilio suo Babylonico, versati sunt *Pontifices*, *Avenionenses* dicti. — Vel sic tamen in ceteros Principes ipsumque Imperatorem supremam vindicabant auctoritatem, quam in Gallia imminutam videbant.

Mox vero ex hisce litibus in occidentali Ecclesia ortum est *Schisma Avenionense* (1378). Itali et Galli sibi invicem erant oppositi, Papis Antipapas opposuerunt. Papis Romanis adhaeserunt Germania, Italia, Anglia, Dania, Suecia, Polonia et Borussia: Avenionensibus contra Gallia, Hispania, Sabaudia, Lotharingia et Scotia. Gentibus ita Ecclesiae occidentalis in duas partes divisis, oppositi sibi invicem Papae Anathemate et Interdicto mutuo petunt Papas, Principes, Gentes. Cunctis hisce imminuebatur magnopere Theocratiae papalis et notio et auctoritas, uti et fulminis Vaticani atque Interdicti vis. Provocarunt vero plurimi ad Concilium generale, ut terminum poneret huic schismati; quod antea jam peragere instituerat Universitas Parisina.

Denuo igitur auctoritatem suam interposuerunt *Concilia*, quae Ecclesiae medicinam pararent, maxime ea, quae habebantur *Pisae* (1409), *Constantiae* (1414) et *Basiliae* (1431). Illis universa Ecclesia repraesentabatur.

Pisanum illud binos Papas (Greg. XII. et Bened. XIII) sede dejecit, tertium creavit, Alexandrum V. (†1410) cui successit Johannes XXIII. (1410); cum vero et illi locum tenerent, tres adfuerunt Papae. Simul statuebat Concilium, Ecclesiam constare posse sine Papa. *Constantiense* schismati finem imposuit, propositis 18 articulis, qui reformandae auctoritati papali locum darent. — Prae ceteris vero *Basiliense* Concilium abusibus illius auctoritatis sese opposuit, maxime pecuniariis. Universe Concilia sese prae Papis evehebant, illamque professionem Basiliae Papis imposuerunt. — Neque tamen valuerunt haecce ad tollendam Hierarchiam; sed tantum ad aboliendos quosdam Despotismi abusus.

Nec vero minus valuerunt hac aetate ad imminuendam Despotismi papalis vim ipsa *Pontificum vitia* et scelera. Libido, immodesti admodum mores, perfidia, caedes aliaque crimina notarunt prae ceteris Innocentium VIII., Alexandrum VI., Caes. Borgiam, al.

Licet vero *reformandae Ecclesiae in capite et membris studium* ubivis appareret et a Conciliis aleretur quam maxime, vel sic tamen saec. 14 et 15, inprimis dimissis Conciliis, Papae despotice saevierunt per Ecclesiam, singulis usi rerum temporumque opportunitatibus. Maxime vero ad Despotismi culmen fere pervenerunt post medium saec: 15., quamque amiserant auctoritatem recuperare tentarunt, initis Concordatis cum peculiaribus regnis.

Magis magisque immoderato Despotismo processerunt Pontiff. ultimi hac aetate, Sextus IV., (1471-1484), Innocentius VIII. — 1492. Alex. VI. — 1503 et Julius II. qui militari vi usus est, ut omnia sibi submitteret, Hic ne Conciliis quidem Turonensi (1510),

vehementer oppugnare incepit. Philippus Pulcher Bonifacio restitit (1302-1303). Verum ille, invocato adversus Papam populo, fulmine sacro petebatur. Acerrimas egerunt inter se lites, donec tandem Papa, ad summas angustias redactus, Roma cessit Anagniam (1303) ibique obiit.

Hujus quidem pugnae is fuit effectus, ut in tutelam Regis Franciae cederet Papa Romanus. Philippo enim morem gessit Clemens V., Clericus Franco-Gallus, (1305) qui Avenionem sedem constituit papalem, ubi per 72 annos, veluti in exsilio suo Babylonico, versati sunt *Pontifices*, *Avenionenses* dicti. — Vel sic tamen in ceteros Principes ipsumque Imperatorem supremam vindicabant auctoritatem, quam in Gallia imminutam videbant.

Mox vero ex hisce litibus in occidentali Ecclesia ortum est *Schisma Avenionense* (1378). Itali et Galli sibi invicem erant oppositi, Papis Antipapas opposuerunt. Papis Romanis adhaeserunt Germania, Italia, Anglia, Dania, Suecia, Polonia et Borussia: Avenionensibus contra Gallia, Hispania, Sabaudia, Lotharingia et Scotia. Gentibus ita Ecclesiae occidentalis in duas partes divisis, oppositi sibi invicem Papae Anathemate et Interdicto mutuo petunt Papas, Principes, Gentes. Cunctis hisce imminuebatur magnopere Theocratiae papalis et notio et auctoritas, uti et fulminis Vaticani atque Interdicti vis. Provocarunt vero plurimi ad Concilium generale, ut terminum poneret huic schismati; quod antea jam peragere instituerat Universitas Parisina.

Denuo igitur auctoritatem suam interposuerunt *Concilia*, quae Ecclesiae medicinam pararent, maxime ea, quae habebantur *Pisae* (1409), *Constantiae* (1414) et *Basiliae* (1431). Illis universa Ecclesia repraesentabatur.

Pisanum illud binos Papas (Greg. XII. et Bened. XIII) sede dejecit, tertium creavit, Alexandrum V. († 1410) cui successit Johannes XXIII. (1410); cum vero et illi locum tenerent, tres adfuerunt Papae. Simul statuebat Concilium, Ecclesiam constare posse sine Papa. *Constantiense* schismati finem imposuit, propositis 18 articulis, qui reformandae auctoritati papali locum darent. — Prae ceteris vero *Basiliense* Concilium abusibus illius auctoritatis sese opposuit, maxime pecuniariis. Universe Concilia sese prae Papis evehebant, illamque professionem Basiliae Papis imposuerunt. — Neque tamen valuerunt haecce ad tollendam Hierarchiam; sed tantum ad aboliendos quosdam Despotismi abusus.

Nec vero minus valuerunt hac aetate ad imminuendam Despotismi papalis vim ipsa *Pontificum vitia* et scelera. Libido, immodesti admodum mores, perfidia, caedes aliaque crimina notarunt prae ceteris Innocentium VIII., Alexandrum VI., Caes. Borgiam, al.

Licet vero *reformandae Ecclesiae in capite et membris studium* ubivis appareret et a Conciliis aleretur quam maxime, vel sic tamen saec. 14 et 15, inprimis dimissis Conciliis, Papae despotice saevierunt per Ecclesiam, singulis usi rerum temporumque opportunitatibus. Maxime vero ad Despotismi culmen fere pervenerunt post medium saec: 15., quamque amiserant auctoritatem recuperare tentarunt, initis Concordatis cum peculiaribus regnis.

Magis magisque immoderato Despotismo processerunt Pontiff. ultimi hac aetate, Sextus IV., (1471-1484), Innocentius VIII. — 1492. Alex. VI. — 1503 et Julius II. qui militari vi usus est, ut omnia sibi submitteret, Hic ne Conciliis quidem Turonensi (1510),

et Pisano (1511), a proposito avocabatur, suam contra auctoritatem Lateranensi Concilio stabilivit. Tandem Leo X. Franciam videbatur Concordato sibi conciliare (1511) et condendo absolvendoque Despotismo papali, Ecclesiam cum Imperio conjungere, quo tempore exstitit Reformatio. [1])

§ 100.

Societatis forma, ratio, Regimen. Clerus.

Societas Christiana magis magisque retulit Theocratiam universam, quaeque antea exstiterat monarchica *forma*, ea jam in *monarchico-despoticam* abiit. — Ad unam hancce Ecclesiae Monarchiam referebantur

1) Cff. (praeter PLATINAE, — MURATORII — D'ACHERII — ECCARDI — RAYNALDII — BOWERI — RAMBACHII — RAUMERI, scr. supra l. et peculiariter a GIESELERO et HASIO passim ind.) — maxime de Papis (ARETINI) *Vitae Paparum Avenionensium*, ed. BALUSIUS, Par. 1693. T. II. 4. — THEODORICUS A NIEM, *Vitae Pontiff. Roman.* (1288-1488.) in ECCARDI, *Corp. Hist. medii aevi.* T. I. p. 1461.

De Schismate *Eccl.* praecipue THEOD. DE NIEM, *de Schismate inter Papas et Antipapas*, ejusque continuatio: *Nemus unionis*, Bas. 1566. (Arg. 1608, 1629) — MAIMBOURG, *Hist. du grand Schisme d'Occident.* Par. 1678.

De Conciliis — L'ENFANT, *Hist. du Concile de Pise.* Amst. 1724. 2 T. 4. — *de Constance*, Amst. 1727. — et *Hist. de la guerre des Hussites et du Conc. de Basle*, Utr. 1731. 2 vol. — VAN DER HARDT, *Magn. oec. Constantiense Conc.* Franckf. 1697. 7 T. — ROYKO, *Gesch. der Kirchen-Versamml. in Kostnitz*, Wien. 1782. 4 T. — HARSHEIM, *Conc. Germ.* — maxime MANSI, *Coll. Concil.* — De Concordatis — HORIX, *Concordata nat. Germ.* Francf. 1772. — KOCH, *Sanctio pragm. Germ.* Arg. 1789. — Porro BEETS, *de Aeneae Sylvii* (PII. II.) *morum mentisque mutatae rationibus.* Harl. 1839. — ROSCOE, *Leven van Leo X.* (uit het Eng.) — Universe MANSI, passim. —

variae *Ecclesiae nationales*, in diversis Europae regionibus, quae, licet suis subessent Episcopis et Archiepiscopis, uni Ecclesiae suberant, uti varia Germaniae regna uni Imperio. Jura illae Ecclesiae nationales acceperunt in Concilio Basil., ubi *gentium* vota separatim erant ferenda et pro iis decernebatur.

Papa Rom., tanquam Episcopus universalis, omnem regebat Ecclesiam et sensim plurima ceterorum Clericorum jura sibi arrogavit, inprimis *Dioecesanorum*, qui *Archidiaconos* sibi adjunxerunt, et *Metropolitarum*, qui jam pallio donabantur a Papa. Ipsius ita *Cleri* vis admodum hisce frangebatur, uti et *Patronis*, qui Episcoporum jura imminuebant. Simul vero ex invalescente Hierarchia papali increvit Cleri in Societatem civilem vis et auctoritas.

Ita sese constituit Monarchia illa sacra, ut suo uteretur jure et legislatione sua. Exstitit *Jus Canonicum*. Uti enim semper sua aevi studia in rem Christianam contulerunt Christiani, ita, quae exstiterant eo t. juris studia, ad ipsam Societatem Christianam referebantur.

Quippe non tantum Pseudo-Isidori Decretalia fuerunt fundamenta Juris papalis; sed vero, a saeculo inde 10, *leges Ecclesiasticas* chronologico ordine componere coeperunt. Sic Regino Prumensis, saec. 10., in libris *de disciplinis Ecclesiasticis*, Burchardus Wormatensis, saec. 11., *magnum Decretorum volumen*, sive *Exceptiones* dedit ecclesiasticarum regularum, ejusque *Epitomen* et *Panormiam* (1100). Hisce collectionibus continebantur leges antiquae, non adeo nova Synodorum decreta. — Tandem vero prodiit Gratiani *Decretum*, (*Decretorum corpus*, s. *Concordia discordantium Canonum*.) 1150. Bonogniae, ubi Irnerius Juris

studium excitaverat, ipse Gratianus Jus Canonicum docuit, ex illo Decreto ortum.

Commentariis deinceps illud instruxerunt *Decretistae*, additis decretis Conciliorum ante Gregorium IX., auctore maxime Raymundo Pennafortensi (1234), qui Decretalia collegit Conciliorum et Paparum. *Pandectis* igitur hisce Juris Canonici duo exstiterunt Codices Juris Canonici.

Varios in usus adhibuerunt Christiani *Juris Canonici studium.* Illius effatis nitentes, Clerici et Doctores Juris, ac Theologiae, auctoritatem papalem ante-Isidorianam restituere tentarunt, quomagis eam submitterent superiori auctoritati, v. c. Conciliorum; contra vero eo usi sunt Pontifices ad potestatem suam fulciendam. — Peculiari autem forma illud adhibuerunt adversus Haereticos. Qui enim eos antea excommunicabant, postea militari ratione persequebantur, jam Juris studiis occupabantur, unde exstiterunt *Inquisitionis* tribunalia. Instituta fuerunt illa primum in Galliae agro Tolosano, opportunitate (1208) expeditionis contra Albigenses. Inquisitores constituebantur Monachi, ut plurimum Dominicani. Anno vero 1233 Papa ea accommodavit ad omnem Societatem Christianam, ita ut, data opportunitate, hîc illic tribunalia instituerentur Inquisitionis. Despotice et crudeliter admodum saevierunt illa et, adjuvantibus Principibus, tralata fuerunt e *Gallia* ad varias regiones. Sic in *Germania* Conradus Marpurgensis (1214) crudelissimi Inquisitoris partes egit. In *Italia* constituebantur a°. 1235 Inquisitores, Venetis sese opponentibus; in *Polonia* (1237), et alibi. Haereticos quoscunque, ipsos etiam Negromanticos, persequebantur. Inprimis vero sedem sibi pararunt praecipuam

in *Hispania*, maxime anno 1477, auctore Torquemada, unde deinde in *Americam* transierunt. Postea vero Papae, Clemens IV. (1265) et Clemens V. (1311), illis regulas scripserunt.

Fiscum suum itidem ditavit Ecclesia. Ubivis reditus habuit perceptos e bonis et legatis morientium, e donis cruciatorum, decimis, al. — Maxime vero e reditibus Episcoporum *Papae* suum cumularunt fiscum. — Hierarchia autem papalis locum dedit plurimis abusibus fiscalibus, vehementer adauctis tempore schismatis, quo duplex aula papalis duplices reditus exigebat. Huc valuerunt Privilegia, Reservationes, Provisiones, Annates, Fructus medii temporis, Jus spolii, Fructus male percepti, Commendationes, Uniones, Incorporationes, Beneficia, prae ceteris vero Indulgentiarum nundinatio. [1])

§ 101.

Historia Monachorum et Societatum monachicarum.

Quae magna moliebantur hujus aevi homines, a

---

1) Cff. de universo hoc argumento, praeter *Acta Conciliorum*, PLANCK, a. a. O. IV. 2. 738. ff. — De Jure Canonico: *Corpus Juris Canonici*, ed. BOEHMER, Hal. 1747. 4. — RICHTER, Leipz. 1838. 4. — SPITTLER, *Gesch. des Kanon. Rechts.* — repetit. in ejus *Sämmtl. Werke*, I. 305. ff. — EICHHORN, *Deutsche Staats und Rechts-Gesch.* II. 199. ff., praeter opera BOEHMERI, — THEINERI, — BICKELII, — BALLERINI, aliaque plurima, laud. a GIESELERO, II. 2. 244. ff. qui ipse consulatur. — Addatur W. BROES, *de Kerk en de Staat in wederzijdsche betrekking*, *volgens de Geschiedenis*, Amst. 1830. I.

De Inquisitione: *Hist. de Languedoc par les Benedict. de St. Maure*, III. 127. sq. — PHIL. A LIMBORCH, *Historia Inquisitionis*, Amst. 1692. — LLORENTE, *Histoire Critique de l'Inquisition d'Espagne*, Par. 1817. 4 T. — aliaque multa.

Monachis fere sunt repetenda. Praecipui Theologi, Missionarii, Hierarchiae statores et vindices, Pontifices, Haereticorum adversarii, ex iis prodierunt.

Verum perfectionis et virtutis Christianae falsam sibi informabant notionem. Auxit hosce errores continuo superstitio. Asceticis plerumque studiis a Societate remoti, ipsa Societatis vitia iterum susceperunt: unde maxime exstitit vitae monachicae *depravatio.* Depravatis iterum Monachorum moribus, *Reformatores* ubivis prodierunt vitae Monachicae, qui Ordines condiderunt, s. regulam Benedictinam ad praesentem rerum conditionem accommodantes, s. novas condentes regulas et altiorem prae se ferentes sanctitatem. Ita ingenti numero prodierunt Monachi et Ordines Monachorum, eum in modum, ut Innocentius III. novas religiones (i. e. novos Ordines) prohibendas decreverit.

Variae classes Ordinum monachicorum, hac aetate exortorum, sunt recensendae.

1. Saeculo quidem 11. exstiterunt, inprimis in Gallia, Monachorum *Ordines*, qui *ad reformandam vitam monachicam* valuerunt et reformationem Cluniacensium persequebantur. Sic exstitit *Ordo Grammontanensis*, s. *Grandimontensis*, 1076, auctore Stephano; — *Ordo Carthusianorum,* auctore Brunone, 1084 (†1101) prope Carthusiam in Grationopolitano agro (Grenoble), qui, severiorem praedicantes disciplinam, ad loca deserta revocabant Monachos; — *Ordo Cisterciensis*, auctore Roberto (1098) in Gallia, qui potissimum Sancto Bernardo et nominis et sanctitatis fama inclaruit; unde *Bernardini* dicti sunt; — *Ordo Antonii*, s. Hospitalarii Sancti Antonii, auctore Gastrone, Gallo; —

Ordo Fontis Ebraldi, auctore Roberto, uterque anno 1095.

Horum Ordinum alii aliis erant severiores. *Votis* suis addebant pauperiei votum. Mox vero *divitiae* affluebant. Plurimis usi sunt *privilegiis*, inprimis exemptione ab episcopali auctoritate plurima gaudebant Monasteria, uni Papae submissa. Condiderunt fere singuli Ordines Respublicas Monachicas.

2. E Germania inferiori et Gallia processit saec. 12 aliud Monachorum genus; scil. *Canonicorum regularium*. Canonicos (cf. supra § 73.) s. Clericos Dioecesanos reformare instituit Norbertus Xantensis, qui quidem, frustratus consilio, Ordinem condidit Monachorum, officia monachica conjungentem cum vita Canonica (1120); indole igitur monachicum, ratione et officiis canonicum. Dicebatur *Ordo Canonicorum regularium*, s. *Praemonstratensis*, a Prato monstrato, ubi primum ejus monasterium fuit. Sancitus est ab Honorio III. (1124). Longe lateque propagabatur per varias Eccl. Latinae regiones, inter Viros aeque ac Feminas, (Canonissae); adeo ut saec. 12. et inseq. ad eum confluerent, qui monachico ardore ducebantur.

3. Aliam longe rationem inierunt, qui saec. 12. in Oriente, opportunitate Expeditionum sacrarum, exstiterunt *Ordines equestres sacri*. Hi militarem et equestrem aevi caussam cum Christiana conjungebant, ad rationem Ordinum monachicorum.

In his *Ordo Equitum S. Johannis Hierosolymitani*, (1118), deinceps *Malthensis* dictus, primum exstitit. Jam antea in Nosocomio, Hierosolymis, 1048, condito, Hospitalis s. Joh. (Bapt.) Milites aegrotos curabant,

Monachis fere sunt repetenda. Praecipui Theologi, Missionarii, Hierarchiae statores et vindices, Pontifices, Haereticorum adversarii, ex iis prodierunt.

Verum perfectionis et virtutis Christianae falsam sibi informabant notionem. Auxit hosce errores continuo superstitio. Asceticis plerumque studiis a Societate remoti, ipsa Societatis vitia iterum susceperunt: unde maxime exstitit vitae monachicae *depravatio*. Depravatis iterum Monachorum moribus, *Reformatores* ubivis prodierunt vitae Monachicae, qui Ordines condiderunt, s. regulam Benedictinam ad praesentem rerum conditionem accommodantes, s. novas condentes regulas et altiorem prae se ferentes sanctitatem. Ita ingenti numero prodierunt Monachi et Ordines Monachorum, eum in modum, ut Innocentius III. novas religiones (i. e. novos Ordines) prohibendas decreverit.

Variae classes Ordinum monachicorum, hac aetate exortorum, sunt recensendae.

1. Saeculo quidem 11. exstiterunt, inprimis in Gallia, Monachorum *Ordines*, qui *ad reformandam vitam monachicam* valuerunt et reformationem Cluniacensium persequebantur. Sic exstitit *Ordo Grammontanensis*, s. *Grandimontensis*, 1076, auctore Stephano; — *Ordo Carthusianorum*, auctore Brunone, 1084 (†1101) prope Carthusiam in Grationopolitano agro (Grenoble), qui, severiorem praedicantes disciplinam, ad loca deserta revocabant Monachos; — *Ordo Cisterciensis*, auctore Roberto (1098) in Gallia, qui potissimum Sancto Bernardo et nominis et sanctitatis fama inclaruit; unde *Bernardini* dicti sunt; — *Ordo Antonii*, s. Hospitalarii Sancti Antonii, auctore Gastrone, Gallo; —

Ordo Fontis Ebraldi, auctore Roberto, uterque anno 1095.

Horum Ordinum alii aliis erant severiores. *Votis* suis addebant pauperiei votum. Mox vero *divitiae* affluebant. Plurimis usi sunt *privilegiis*, inprimis exemptione ab episcopali auctoritate plurima gaudebant Monasteria, uni Papae submissa. Condiderunt fere singuli Ordines Respublicas Monachicas.

2. E Germania inferiori et Gallia processit saec. 12 aliud Monachorum genus; scil. *Canonicorum regularium*. Canonicos (cf. supra § 73.) s. Clericos Dioecesanos reformare instituit Norbertus Xantensis, qui quidem, frustratus consilio, Ordinem condidit Monachorum, officia monachica conjungentem cum vita Canonica (1120); indole igitur monachicum, ratione et officiis canonicum. Dicebatur *Ordo Canonicorum regularium*, s. *Praemonstratensis*, a Prato monstrato, ubi primum ejus monasterium fuit. Sancitus est ab Honorio III. (1124). Longe lateque propagabatur per varias Eccl. Latinae regiones, inter Viros aeque ac Feminas, (Canonissae); adeo ut saec. 12. et inseq. ad eum confluerent, qui monachico ardore ducebantur.

3. Aliam longe rationem inierunt, qui saec. 12. in Oriente, opportunitate Expeditionum sacrarum, exstiterunt *Ordines equestres sacri*. Hi militarem et equestrem aevi caussam cum Christiana conjungebant, ad rationem Ordinum monachicorum.

In his *Ordo Equitum S. Johannis Hierosolymitani*, (1118), deinceps *Malthensis* dictus, primum exstitit. Jam antea in Nosocomio, Hierosolymis, 1048, condito, Hospitalis s. Joh. (Bapt.) Milites aegrotos curabant,

addito voto belli contra Muhamedanos. Postea Ordinem condiderunt. Dimissa vero Terra Sancta (1291), in insulam Cyprum et Rhodum abierunt ab a°. 1310 ad 1520, quo Turcis cesserunt. Maltham postea occuparunt et dispersi deinceps fuerunt per varias Europae Provincias.

Eodem fere consilio *Ordo Templariorum* exstitit, anno 1118, qui sibi proponebant Christianorum, maxime peregrinatorum, in Oriente caussam tueri. Auctoritate ac divitiis cito inclaruerunt. Postea in Cyprum itidem abierunt inque varias Europae regiones, potissimum in Galliam. Multa iis crimina, jure an injuria, imputabant Franco-Galli, quae opportunitatem dederunt Ordinis Templariorum diluendi, auctore Philippo Pulchro.

Tandem a°. 1190 *Ordo Teutonicorum Sanctae Mariae Hierosolymitanae* exstitit, qui inter Nobiles, s. Equites, Germanicos condebatur. Varias accepit ille ditiones primum in Oriente, deinceps in Italia, Hungria, Germania, Nederlandia. Borussiam occuparunt et ubivis suas Provincias condiderunt.

Horum Ordinum Equestrium exemplum in vitam vocavit deinceps in Germania *Ordinem Gladiferorum* et in Hispania *Ordinem Sancti Jacobi Compostellae.*

4. Sensim quidem Monachi varias susceperunt formas, quae in Societate habebantur. Sic etiam, saec. 13. *Ordines Monachorum Mendicantium* novam plane commendabant vitae monachicae rationem, adeo ut ab iis revera nova incipiat Periodus in Historia Monachatus.

Non claustris tantum illi includebantur, sed in vitam communem transierunt, et Monachatum adeo cum Societate conjunxerunt. Neque, uti solebant fere, ab officiis

pastoralibus sese abstinuerunt; sed praedicabant, baptisabant, poenitentiam exercebant, alia.

Primum ad eos referuntur *Franciscani*, qui omnium primum mendicandi exemplum inter Monachos dederunt. Franciscus Assisiensis (n. 1182, † 1226), homo fanaticus, Ordinem condidit (1210), propagatum mox per Italiam, aliasque regiones, inprimis post habitum Capitulum generale (1216); Honorius III. ejus regulam constituit (1223). Dicebatur *Ordo fratrum minorum.* Exortis litibus dividebantur in duos ordines: *Fratres Conventuales* et *Fratres observantiae regularis.*

Deinceps Francisci discipula, Clarissa, *Ordinem Clarissenarum* condidit (1212); et tertium Ordinem ipse Franciscus inter homines saeculares: *Tertiarios*, s. *Ordinem tertium de poenitentia* (1221). — Ex Franciscanis postea item exstiterunt *Capucini.*

Franciscanis accesserunt *Dominicani.* — Dominicus, Hispanus (n. 1170, † 1221) versatus per aliquot annos in convertendis Albigensibus, a°. 1216 Ordinem condidit ad doctrinam Catholicam tuendam, quem, invito Innocentii decreto, sancivit Honorius III. (1218.) Ad Mendicantes sese deinde converterunt ejus Socii. A potiori officio dicebantur *Praedicatores.* Iis potissimum tradebatur Inquisitionis munus.

Pariter Mendicantium rationem susceperunt *Carmelitae*, s. *Fratres Eremitae de monte Carmelo*, s. *Eremitae S. Mariae de Carmelo*, medio saec. 12, auctore Bertholdo Calabriensi, vel, ipsis referentibus, Elia Propheta. Fanatismum spirant Orientalem. E Palaestina in Europam tralati habebantur *Carmelitae Conventuales*, *s. discalceati*, (Barvoeters) et *Carm. tertiarii.* — Tandem eo referuntur *Augustiniani Eremitae* (1256), ab Alexandro VI. constituti.

Oppositi fere erant *sibi invicem* varii *Mendicantium Ordines*, plurimasque agitarunt lites, inprimis Franciscani et Dominicani. Raram tamen nacti sunt auctoritatem in plebem, tandem in omnem omnino civitatem. Occupabant Cathedras Universitatum et Inquisitionis tribunalia, ipsique Poenitentiarii evaserunt, adeo ut facile prae omnibus Ordinibus veherentur.

5. Tandem *alius* etiam *generis Monachi* sunt recensendi. Jam Mendicantes in vitam intraverant. Prodierunt vero sensim alii, qui, votis non-soluti, plane conjungebant officia monachica cum vita hominum communi, potissimum *in Belgio*. Sic *Beguinae* saec. 11. in Beginagiis viventes; — postea *Beghuini*, *Beghardi*, *Alexiani*, s. *Fratres Cellitae*, s. *Lollhardi*, post annum 1300, qui in congregationibus officia caritatis curabant. Fanatica plurima iis placuerunt. Haeretici habiti, persecutionibus plurimis fuerunt obnoxii, quo factum, ut plurimi cum Franciscanorum *tertiariis* conjungerentur.

Inprimis vero moralem hancce rationem spirabat Gerardi Groetii, s. *Magni*, *Daventriensis*, *Ordo fratrum vitae communis*, cujus socii plane illam monachicae vitae cum vita communi conjunctionem commendabant, et Collationibus suis (praedicatione) et institutione puerorum atque juvenum, cum in Patria nostra, tum extra eam, vim habuerunt saluberrimam.

His ita institutis sensim praeparabatur et Monachorum et ipsius Ecclesiae Reformatio. [1])

---

1) De Monachis et Ordinibus Monachorum css. auctores laud. pag. 103 et 169. Porro HOLSTENII, *Codex Regularum*, Hamb. 1661, 3 b.

§ 102.

Vita Christiana et ecclesiastica. — Cultus et Disciplina.

Inculta hac gentium aetate, sordida dominabatur *vitae ratio*, quae haud raro alebatur externa pietate, quam commendabat Ecclesia. Summam vim habuerunt Magia, Thaumaturgia, Necromantia, Astrologia.

Clerus pravitatis dedit exemplum Laicis. Augebatur illa magnopere Simonia, sive Principum, sive Paparum, et Coelibatu Clericorum. Ab his vitia illa facile ad Laicos transierunt.

Vel sic tamen Religio Christiana, licet corrupta, *meliora studia* in gentibus excitavit ad moralem gentium explicandam indolem. Reformationem moralem commendarunt Theologi, Monachi, Concilia, et corruptam aevi rationem risui subinde exposuerunt nonnulli Pasquillis, Satyris, al.

A. MIRAEI, *Chronicon. Cisterciensis Ordinis*, Col. 1614. 8. — *Bibliotheca Cluniacensis*, Par. 1614. — *Bibliotheca Ord. Praemonstrat. par* LE PEIGE, Par. 1633. — NEANDER, *der H. Bernard.* I. — *Histoire des ordres militaires*, Amst. 1721. 4. vol. — *Histoire de l'ordre Teutonique*, Par. et Rheims 1784. — WILCKE, *Gesch. des Temp. Ordens*, Leipz. 1826. 2 bd. — VERTOT, *l'histoire des Chevaliers de St. Jean de Jerus.*, Par. 1726. 4. — 1761. 8. — MOSHEMII *de Beghardis et Beguinabus Comm.* — ed. MARTINI, Lips. 1790. 8. — BUSCHIUS, *de Reformat. Monasteriorum.* — *Ejus Chronicon. Windeshem.* — DELPRAT, *Verh. over de broederschap van Geert. Groete en den invloed der Fraterhuizen*, in *de Werken van het Utr. Genootsch.*, Utr. 1830. — CLARISSE, (Th. A. en J.) *over den geest en de denkwijze van G. Groete*, in *het Archief v. Kerk. gesch.*, *vooral van Nederland.* D. I. bl. 355-398. II. 245-395. III. 1-90. VIII. 1-383. Legatur porro *die Möncherey*, *oder gesch. Darstellung der Klosterwelt*, Stuttg. 1819. 4 Th. — BIEDENFELD, *Gesch. des Mönchwesens*, Wien. 1837. 2 b. — Peculiares fontes vide ap. GIESELER, a. a. O.

2. *Vita Ecclesiastica* exercebatur cultu Dei, et regebatur disciplina. — *Cultus* Dei spiritualis fere erat neglectus et in externa abiit. Neglectas autem *Homilias* instaurare conabantur cum Papae nonnulli, tum Scholastici, maxime Dominicani (Praedicatores); uti et viri praestantiores, inter quos Bernardus, Joh. Vicensa (1230), Bertholdus, Geiler van Keizersberg († 1510) et nostras, Geert Groete. — Earum vero locum invaluit plerumque occupavit *Liturgia Latina*, quae ubivis et ipsum cultum Mosarabicum in Hispania frangere instituit, ut unitatem Ecclesiae monarchicam promoveret.

Verum crassiori superstitione cultus Dei fere abiit in *cultum Sanctorum* et caerimoniis festisque diebus absolvebatur. — Sic *Transsubstantiationis* dogma hostiae et elevationem et adorationem peperit et ipsum *Festum corporis Christi* (1264), instauratum a Clemente V (1311). Sacra coena propterea ubivis recipiebatur *sub una specie* et prohibebatur a saec. 12. *communio infantium.*

Inprimis vero *Mariae cultus* deferebatur. Coeli Reginae preces *Rosarii* offerebant et *festa* dicabant *immaculatae conceptionis Mariae* (1140, 1389); *praesentationis* (1372) et *visitationis* (1389).

Nec vero minus *aliis Sanctis dies festos* dicabant, eorum reliquiis vehementer adauctos, nonnunquam satis absurdos, ut, Saturnalium instar, *Festum fatuorum*, *Festum stigmatum Scti Francisci*, tandem *Festum Asini Christi.*

Hosce tamen abusus tollere tentabant nonnulli, rectiora sapientes, inprimis G e r s o n, N i c. d e A i l l i a c o, P e t r. d e C l e m a n g i s, alii, ipsumque Concilium Constantiense. Sed aevi corruptelae medelam afferre nondum

potuerunt, meliora tantum excitare studia volebant, quae Reformationem praeparabant.

3. Vitam Christianam regere sibi proposuit Ecclesia *morum disciplina*. Haec autem, informata ad rationem monarchicam, politica fere esse coepit; ecclesiastica esse desiit. Non tantum enim sibi proposuit morum regimen, sed etiam Societatis auctoritatem ac fiscum procurare. Animi emendatio absolvebatur pietate externa.

Disciplina privata regebatur *Confessione auriculari*, Sacramenti loco habita et quotannis imposita unicuique Christiano coram Presbytero suo (1215). Poenitentiae definiebantur *libris poenitentialibus*, v. c. Raymundi Pennafortensis (1230). Inprimis vero disciplinam exercebant *Indulgentiis*, quibus omnis evertebatur poenitentiae ecclesiasticae ratio. *Indulgentias episcopales* in papales immutarunt Papae, Gregorius VII, alii, easque *plenarias* concedere instituerunt, maxime ab expeditionibus cruciatis inde. Harum nundinatio Dominicanis inprimis concedebatur et adaugebatur, instituto a Bonifacio VIII. *Jubilaeo Romano* (1300), quod a Clemente VI. post elapsum 50 annorum spatium (1343), ab Urbano VI (1389) 33 annorum et a Paulo II (1470) 25 ann. constituebatur celebrandum.

Nitebatur Indulgentiarum institutio dogmate de *thesauro supererogationis perfectorum*, a Scholasticis exculto. Progrediente aetate, Indulgentiarum numerus increvit, et saec. 14 et 15, opportunitate bellorum cum Infidelibus, imprudentius in dies nundinabantur illas Commissarii Apostolici. Tandem a Julio II. (1506) et Leone X. (1515), ad aedem Sancti Petri Romae aedificandam, concedebantur.

Publicam vero *disciplinam ecclesiasticam* exercebant Clerici atque Papae *Excommunicatione*, *Anathemate*, *Interdicto*. His vero ceterisque abusibus ecclesiasticis sese opposuerunt cum alii, tum maxime Concilium Constantiense.

Alia longe ratione huic disciplinae ecclesiasticae opposita erat ea, quae privatim exercebatur a *Flagellatoribus*. Flagellatio jam a Damiano inde (s. 11) exercebatur, donec ab anno 1260 exstiterit Perugiae *Secta Flagellantium* fanatico-ascetica, quae, in mediis Guelforum et Ghibellinorum litibus, Deum sibi reconciliare volebat, et ex Italia in Germaniam processit, a Papis nequaquam probata. — Orta vero (1348) peste nigra in Europa, *Ordo Flagellantium* condebatur, saepius cum Beghardis permixtus, atque a Papa et Conciliis damnatus, licet publice exstincti Ordinis socii clam superfuerint. — Eodem fere fanatismo processerunt *Saltatores* (1374) in Germania, qui Sanctum Vitum patronum invocabant. 1)

---

1) Cff. *auctt.* supra laud. p. 104 et 174. De *Cultu* cff. *Martyrologia*, laud. a GIESELERO, II. I. 265 et 454 sqq. — Cf. PLANCK, a. a. O. III. — NEANDER a. a. O. — de *Disciplina*: REGIN. PRUM., *de discipl. eccl.* ed. Bal. Par. 1751. 8. et in HARTSHEMII, *Conc. Germ.* II. 438, cet. scripta ABBONIS, BURCHARDI, IVONIS, l. a. GIESELERO, II. et THEINER, s. l.

De *Flagellantibus*; FORSTEMAN, *die Christl. Geisslergesellschaften*, Hall. 1828: — MÖHNIKE, *über Geissl. Ges.* — in ILLGEN *Zeitschrift*, 1833. III. 2. — FRUSTA, *der Flagellantismus und die Jesuitenbeichte.* I. 277 *et* 427. Leipz. 1834.

§ 103.

Conditio et fata Societatis in Graeca Ecclesia.

Ecclesia Graeca, superiore Periodo a Latina Ecclesia schismate sejuncta, hacce aetate variis fatis exposita fuit. — Suam fere servavit, ut antea, conditionem hierarchicam. Quae in ea viguerunt Reipublicae studia, haec alebantur ipsis aerumnis, quibus premebatur Ecclesia Graeca.

Societati enim Graecae Ecclesiasticae pericula minitabantur, cum Occidentales, s. Latini, tum Orientales, s. Turcae.

Romana quippe *Ecclesia* omnem navavit operam, ut *schisma* tolleret, antea exortum, et cum sua Ecclesia Graecam jungeret. Cruciatis Expeditionibus illud promovere studuerunt, saec. exeunte 11 et saec. 12, maxime Concilium Barense (1098), Petrus Chrysolanus Ep. Mediol. (1116) et Synodus Co. (1166); verum ipsi Graeci eorumque Theologi reconciliationi sese opposuerunt. Postea vero Imperium Francorum Byzant. conjunctionem impedivit. — Restituto Graeco Imperio (1261), Imperatores, politicis maxime de caussis, eam petebant, saec. 13 et 14; verum ipsi Graeci et plurimi eorum Theologi irritos reddiderunt institutos conatus ipsisque Pontificibus Rom. sese opposuerunt. Quod quidem ex indolis et studiorum discrimine inter Graecos et Romanos facile explicatur. Separatae ita vixerunt Ecclesiae, et orientalis, et occidentalis.

Majus sane damnum Graecis intulit eversum a Turcis Graecorum imperium (1453), a quo inde tempore *in*

servitutem Islamismi redacta fuit *Ecclesia Graeca* in Turcia. [1])

Sectio Tertia.

HISTORIA DOCTRINAE CHRISTIANAE.

Theologia Scholastico-Mystica.

§ 104.

Sectionis argumentum.

Gentes Neo-Europaeae magis magisque ad maturiorem accesserunt conditionem. Scholis suis et Universitatibus atque Academiis *excultae*, Literas, Poësin, Historiam, Philosophiam maxime pertractabant. Inprimis vero invaluit Philosophia Scholastica, quae tres vixit aetates (1050-1500), in quibus Nominalistae et Realistae discernuntur.

Scholastica illa *Philosophia cum Theologia conjuncta*, cuncta fere dogmata ecclesiastica, Philosophiae ope,

1) Cff. supra p. 174, et maxime LEO ALLATIUS, *de Eccl. Occ. et Or. perpetua consensione*, Col. 1648. — MAIMBOURG, *Hist. du schisme des Grecs*, Par. 1677. 4. — v. HAMMER, *Gesch. des Ossmann. Reich*, Pesth. 1827. vol. 1 et 2. —

probatum ivit, licet in diversam rationem abirent *Thomistae* et *Scotistae* et ipsi de placitis dubitare inciperent.

Hisce oppositi fuerunt *Mystici*, qui sensuum et phantasiae auctoritati omnem submittebant Religionem. Praecipuas partes in iis gesserunt Bernardus, Victorini, Gerson, Ruisbroek et Thomas a Kempis. Versabatur maxime Theologia Mystica in πρᾶξι Christiana excolenda, commendanda conjunctione cum Deo, ope considerationis et contemplationis. Valuerunt utrique ad praeparandam Reformationem.

Quae cum explicaretur in dies Catholica doctrina, ipsi sese opposuerunt alii, *Haeretici* vulgo dicti. — Horum alii Theosophiam orientalem ad recentiorem rationem accommodarunt, uti *Euchitae* et *Bogomilae*, *Cathari* et *Albigenses;* alii contra oppugnarunt Ecclesiae doctrinam, uti sectae Reformatoriae et Reformationis Prodromi, *Petro-Brusiani*, *Henriciani*, *Valdenses*, *Wicliffus*, *Hussus*. ejusque asseclae *Fratres Bohemi* atque *Moravi*, aliique viri praestantiores.

Horum conjuncti conatus eo valuerunt, ut in dies magis praepararetur Reformatio doctrinae ecclesiasticae.

§ 105.

Conditio literarum et Theologiae Scholasticae.

Licet cum superstitio, tum Hierarchia, gentium Neo-Europaearum cultui obfuerint, vel sic tamen ad maturiorem ingenii conditionem sensim accesserunt illae. A saeculo inde 13. Literae reviviscere coeperunt Europaeae. Surgunt Poëtae cum Lyrici, tum Epici, (*Trou-*

badours et *Trouvères)*: linguam informant Romanensem. Alibi suas ipsae linguas condere et colere instituerunt gentes. Juris studia succedunt sensui justi et aequi, in gentibus excitato: in scholis et Universitatibus variae excoluntur disciplinae; inprimis *Philosophia* Scholastica, quae ab initio inde cum Theologia conjungebatur. [1])

Scilicet, in Gallia, maxime in scholis, viguit contemplativa Theologiae ratio. Prae ceteris *Schola cathedralis Turonensis* excitavit scholam coenobialem *Becensem*, quibus deinceps accesserunt *Universitates Parisiensis et Oxoniensis*, Scholasticismi medio aevo sedes. — Valuerunt primum scripta Joh. Scoti Erigenae ad excitandam Theologiam Scholasticam in Gallia, ea aetate, qua gentes ipsae philosophari incipiebant, ducibus Aristotele et Platone. Ita enim conjunxerunt studium philosophandi et inquirendi cum auctoritate et ecclesiastica et philosopha, ut cuncta placita, quae sanciverat Ecclesia, ope philosophiae, probarent et disputando, ut plurimum, ad philosophice probandam doctrinam orthodoxam accederent. Qui vero ab ea recedebant, hos oppugnavit Ecclesia.

Patuit illud maxime in *Nominalistis* et *Realistis*. Horum enim discrimen explicandum ex eo, quod inter Scholasticos essent, qui e Platonis Ideis et Aristotelis Cathegoriis procederent. Sic Idealistae condiderunt Nominalismum, dum Realistae maximam partem ab Aristotele pendebant. Atque adeo arctius conjungebatur

1) Cf. ERHARD, *Gesch. der Wiederaufblühung wissenschaftlicher Bildung, vorn. in Teutschland*, Magd. 1827. 3 Th. — HEEREN, *Gesch. der klass. Literatur seit der Wiederaufblüh. der Wiss.* in Ejus *Hist. werke* IV. 171. sqq. quaeque disputavi in Diss. *Het Christendom in de Middeleeuwen*. passim.

doctrina philosopha cum Theologia. Diversae enim hae formae philosophicae cum Theologia conjungebantur Scholastica.

Scholastici illi oppugnarunt *Theologos Positivos*, qui una auctoritate ducebantur, adeo ut in Scholasticis progressio cernatur ingenii humani, quod ab auctoritatis vi ad inquirendum pervenit; ita tamen, ut ipsi etiamnunc penderent ab aliis, quorum doctrinam et placita inquirendo et disputando probabant. Dialecticen Aristotelis inprimis sectabantur.

Scholastici illi suam philosophandi rationem ad Theologiam maxime accommodarunt, adeo ut Philosophia et *Theologia Scholastica* vix a se invicem separari possint.

Tres potissimum discernuntur *Scholasticorum aetates*. — *Prima* quidem (1050–1230) *periodo* Theologiam principiis philosophis fulciebant. Dialectici doctrinam Augustini explicabant, cui adhibebant decem Cathegorias Aristotelis. — Viam Theologiae Schol. hac aetate pararunt Lanfrancus, cujus cum Berengario *lis de s. Coena* excitaverat in Ecclesia lites dialecticas († 1089), et Roscelinus, qui excitavit *Nominalismum*, quem oppugnavit Anselmus, Lanfr. discipulus († 1109.) — Hic, parens Theologiae naturalis, *agmen duxit Scholasticorum*. Ab eo inde *Realismus* victrices partes egit in Ecclesia ad Occamum usque. Eadem via processerunt deinceps Hildebertus Turonensis, Honorius Autodunensis, Guilielmus de Campellis, maxime vero Petrus Abaelardus, qui in Schola Parisiensi magnam comparavit Realismo auctoritatem, quique, sui aevi disputator celeberrimus, amoribus cum Heloissa inclaruit,

badours et *Trouvères)*; linguam informant Romanensem. Alibi suas ipsae linguas condere et colere instituerunt gentes. Juris studia succedunt sensui justi et aequi, in gentibus excitato: in scholis et Universitatibus variae excoluntur disciplinae; inprimis *Philosophia* Scholastica, quae ab initio inde cum Theologia conjungebatur. [1])

Scilicet, in Gallia, maxime in scholis, viguit contemplativa Theologiae ratio. Prae ceteris *Schola cathedralis Turonensis* excitavit scholam coenobialem *Becensem*, quibus deinceps accesserunt *Universitates Parisiensis et Oxoniensis*, Scholasticismi medio aevo sedes. — Valuerunt primum scripta Joh. Scoti Erigenae ad excitandam Theologiam Scholasticam in Gallia, ea aetate, qua gentes ipsae philosophari incipiebant, ducibus Aristotele et Platone. Ita enim conjunxerunt studium philosophandi et inquirendi cum auctoritate et ecclesiastica et philosopha, ut cuncta placita, quae sanciverat Ecclesia, ope philosophiae, probarent et disputando, ut plurimum, ad philosophice probandam doctrinam orthodoxam accederent. Qui vero ab ea recedebant, hos oppugnavit Ecclesia.

Patuit illud maxime in *Nominalistis* et *Realistis*. Horum enim discrimen explicandum ex eo, quod inter Scholasticos essent, qui e Platonis Ideis et Aristotelis Cathegoriis procederent. Sic Idealistae condiderunt Nominalismum, dum Realistae maximam partem ab Aristotele pendebant. Atque adeo arctius conjungebatur

1) Cf. ERHARD, *Gesch. der Wiederaufblühung wissenschaftlicher Bildung, vorn. in Teutschland*, Magd. 1827. 3 Th. — HEEREN, *Gesch. der klass. Literatur seit der Wiederaufblüh. der Wiss.* in Ejus *Hist. werke* IV. 171. ssq. quaeque disputavi in Diss. *Het Christendom in de Middeleeuwen*. passim.

doctrina philosopha cum Theologia. Diversae enim hae formae philosophicae cum Theologia conjungebantur Scholastica.

Scholastici illi oppugnarunt *Theologos Positivos*, qui una auctoritate ducebantur, adeo ut in Scholasticis progressio cernatur ingenii humani, quod ab auctoritatis vi ad inquirendum pervenit; ita tamen, ut ipsi etiamnunc penderent ab aliis, quorum doctrinam et placita inquirendo et disputando probabant. Dialecticen Aristotelis inprimis sectabantur.

Scholastici illi suam philosophandi rationem ad Theologiam maxime accommodarunt, adeo ut Philosophia et *Theologia Scholastica* vix a se invicem separari possint.

Tres potissimum discernuntur *Scholasticorum aetates*. — *Prima* quidem (1050–1230) *periodo* Theologiam principiis philosophis fulciebant. Dialectici doctrinam Augustini explicabant, cui adhibebant decem Cathegorias Aristotelis. — Viam Theologiae Schol. hac aetate pararunt Lanfrancus, cujus cum Berengario *lis de s. Coena* excitaverat in Ecclesia lites dialecticas († 1089), et Roscelinus, qui excitavit *Nominalismum*, quem oppugnavit Anselmus, Lanfr. discipulus († 1109.) — Hic, parens Theologiae naturalis, *agmen duxit Scholasticorum*. Ab eo inde *Realismus* victrices partes egit in Ecclesia ad Occamum usque. Eadem via processerunt deinceps Hildebertus Turonensis, Honorius Antodunensis, Guilielmus de Campellis, maxime vero Petrus Abaelardus, qui in Schola Parisiensi magnam comparavit Realismo auctoritatem, quique, sui aevi disputator celeberrimus, amoribus cum Heloissa inclaruit,

et Petrus Lombardus, qui *sententiis* Patrum conditor Theologiae Scholasticae exstitit. Eum secuti sunt Alanus ab Insulis (†1203), Robertus Pullus (†1150), al. —

Secunda vero *Scholasticorum aetate* (1230-1320), Aristotelica Philosophia, refragante primum Ecclesia, vi Universitatum et Monachorum Mendicantium, laudem sibi comparavit in Theologia inque eam fuit admissa. — Dominicani enim, aeque ac Franciscani, primas in hisce egerunt partes. In his maxime Alexander Halesius, Francisc. (†1245), Albertus Magnus, Dominicanus, (†1280), potissimum Thomas Aquinas (†1247) et Joh. Duns Scotus (†1308), a quibus *Thomistae* et *Scotistae* sunt repetendi, uti et Johannes Bonaventura, qui primus Theologiam Scholasticam et Mysticam conjunxit. Singuli illi Realismi patroni fuerunt eumque aeque Dominicanis, ac Franciscanis, commendarunt.

Tertia autem *periodus* (1320-1500) inprimis inclaruit litibus, in dies subtilioribus et sophisticis, Realistarum et Nominalistarum. Sensim decrevit Scholasticorum Theologia, cum gentes ipsae cultu progrederentur; Scholastici vero in sophismos et dialecticas disputationes fere abirent. Invalescente enim Literarum studio, imminuta fuit vis Aristotelicae Philosophiae et Theologiae. Vel sic tamen inclaruerunt in iis viri doctissimi. Prae ceteris laudantur Durandus de Sancto Porciano, Franc. Maron (1320), Hervaeus Natalis (†1323), maxime Occamus, qui *Nominalismum* resuscitavit eique, post longam litem, victoriam paravit, a quo Nominalistae dicuntur *Occamistae*. — Tum vero Walter Burlaeus, Joh. Buridanus, Petrus Dailliacus,

Raymundus Savonnensis, tandem Gabriel Biel (+ 1495). Paulatim vero Philosophiae Aristotelicae successerunt studia Platonica, saniorque ratio in dies invaluit. Studia literarum antiquarum exceperunt disputationes frigidas et jejunas Scholasticorum. 1)

§ 106.

Doctrina Scholasticorum.

Valuerunt hac aetate potissimum *Scholastici* ad excolenda dogmata ecclesiastica, eaque philosophiae ope probanda et oneranda. Simul vero terminorum et formularum invaluit copia.

Inprimis excolebantur in Ecclesia Latina dogmata, quae Hierarchiae et Superstitioni suam debebant sive originem, sive formam; placita v. c. de *Ecclesia* et de *Virtute* prae ceteris explicabantur. *Usum Codicis S.* Laicis fere denegabant Clerici. Doctrina *Sacramentorum* Scholasticorum subtilitate definiebatur. Disputabant de Sacramentorum numero, indole et virtute instrumentali, q. d. et effectiva, de quibus Thomistarum doctrina ab Ecclesia Catholica fuit accepta. Sic profitebantur 7 Sacramenta: Confirmationem, Unctionem

1) De Scholasticis eorumque Philosophia cfr. BRUCKER, *Hist Crit. Philos.* T. III. — TIEDEMAN, *Gesch. der specul. Phil.* T. IV. — TENNEMAN, *Gesch. der Philos.* — De peculiaribus Philos. Schol. accurate fontes indicavit GIESELER, a. a. l. II. II. 385. ff. III. 217. ff. IV. 319. ff. et HASE, a. a. l. § 269. ff. 356. ff. — MUNSCHER- VON COELN, *Lehrb. der Dogmen-Gesch.* II. I. 7. sqq. quibus add. VEDER, *de Anselmo Cantuariensi*, Lugd. 1832.

extremam, Poenitentiam, Matrimonium, Ordinationem sacerdotalem, uti et Baptismum et S. Coenam, cujus doctrina peperit dogma de *Transsubstantiatione* et *Missa*.

Aliorum quidem dogmatum forma et argumentum arctissime fuerunt conjuncta cum Thomistarum et Scotistarum, sibi invicem oppositis, doctrinis, quorum hi Semipelagianae, illi Augustinianae doctrinae magis favebant. Discrepabant maxime in dogmate de *gratia divina* et *libero arbitrio*, de *peccato originis* deque *inculpata Mariae conceptione*.

Scholastici porro, de singulis fere dogmatibus philosophantes, universe explicuerunt et probatum iverunt dogma *de meritis Christi* in acquirenda nobis venia peccatorum; unde *satisfactionis theoria aprioristica Anselmiana* exstitit. Ex hacce vero, conjuncta cum iis, quae Semipelagianis sententiis de *humanarum actionum et bonorum operum* vi aliquatenus favebant, orta est doctrina ecclesiastica de *thesauro bonorum operum*, quacum arctissime conjuncta fuit, quae hoc potissimum aevo increvit, doctrina *Indulgentiarum*.

Hactenus Theologiam excoluerunt Scholastici. — Observandum vero, decrementa ipsius facile exinde explicari posse, quod elementa heterogenea in ipsa apparuerunt, cum inquirendi studium, quo ducebantur, submiserint auctoritati ecclesiasticae: hujus autem vi in dies imminuta, inquirendi studium in sophismos plane abiit. Tum vero, qui ingenii excolendi studio ducebantur, haud amplius satisfaciebant animi desideriis, quae quotidie magis cernebantur. Ita quidem, quae valuit saec. 12. ad excitandam saniorem Theologiam, Scholastica ratio, ea commodis saec. 14 et 15 satisfacere haud amplius poterat. Obsoleta evasit et parvi pretii.

§ 107.

Mysticismus.

Opposita fere fuit ratio Mysticorum, qui hac aetate prodierunt. Horum enim doctrina, Scholasticae Theologiae opposita, in dies purior exstitit. — Exstitit *Mysticismus medii aevi* ex ipsa ingenii humani progressione, quod, quo magis rationi et intellectui omnia submitterent Scholastici et dialectice cuncta placita Ecclesiae demonstrarent, eo magis animo satisfacere studuit sensuumque vim prae rationis auctoritate evehere. Ita a saec. 9 profecerant maxime e scriptis Dionysii Areopagitae.

Prima Mysticismi *periodo* (saec. 12 et 13.) Sanctus Bernardus et Victorini principem locum tenuerunt. Bernardus, Claraevallensis, (1091-1153) summa valuit auctoritate in Theologia Mystica: simul vitam monachicam et cruciatas Expeditiones maximopere commendavit. Animi inprimis pietatem promovit placito de *amore Dei*. — Victorini peculiarem condiderunt scholam in Monasterio S. Victoris prope Parisios, auctore Guil. de Campellis (1109), qui Mysticismum cum Scholasticismo conjungere studuit. Ita Hugo de S. Victore († 1141) Schol. Theologiam isagogicam dixit ad Theologiam Mysticam; Richardus († 1173) Mysticam doctrinam primus systematice composuit; Gualterus (1180) vero acriter Scholasticos adortus est. Bonaventura († 1274) iterum Dialecticam Aristotelicam ad Mysticismum transtulit. Versabantur maxime in explicanda *contemplatione* Christiana.

Altera Mysticismi *periodo*, saec. 14 et 15, Scholasticismus cum magis magisque abiret in sophismos, vim practicam Religionis resuscitare tentarunt Mystici; ita tamen, ut paulatim demum recederent a Scholastica doctrina. — Alii enim, Victorinorum vestigiis insistentes, cum Scholastica doctrina puriorem Mysticismum componebant. Ita Ruysbroek, s. Trittenhemius, († 1381) et Gerson († 1429), qui aeque ac ceteri *contemplationem* centrum habebant Mysticismi. — Alii, systematicam rationem aversantes, praxin et virtutem inprimis curarunt, quam sensuum auctoritati submittebant. Simul vero ita puriorem Mysticismum condere instituerunt; qualis non tantum auctor *Theologiae Germanicae*, Theologiae Romanae oppositae, sed maxime Thomas a Kempis (1380-1471); qui aureo libello: de *imitatione Christi*, (de cujus tamen auctore ad hunc usque diem disputatur), animi pietatem eamque pro aevi ratione internam magis, externae pietati, quam instituerat Ecclesia, oppositam, maximopere commendabat; quam haud minus promoverunt Thomae socii, *Fratres vitae communis*. Nederlandia ita prae ceteris in vitam vocavit puriorem Mysticismum, eumque populo Christiano commendavit. Qua quidem virtute profuit Patria nostra maximopere excitandae Reformationi in Ecclesia.

Horum igitur ope factum est, ut Religio Christiana, quam ratione et intellectu explicare tentarunt Scholastici, animi commodis satisfacere studeret, utque ad explicandam humanam naturam variasque ejus facultates in gentibus Neo-Europaeis valeret.

§ 108.

Doctrina Mysticorum.

Diversae erant sententiae Mysticorum pro varia vi Scholasticismi increscentis, vel decrescentis, pro varia Philosophiae vi in ea, variisque aevi studiis, maxime practicis, quibus ducebantur. Alii enim magis *contemplative*, alii *active* magis, Mystica placita explicuerunt. — Erant tamen praecipua quaedam *placita Mysticismo propria*, singulisque Mysticis communia, licet in iis explicandis dissentirent pro sua quique indole.

Universe versabantur illi in πρᾶξι Christiana explicanda eamque sensibus submittebant. Sensuum ope (immediate) omnia percipiebant, quae rationis ope intelligere volebant Scholastici. Dogmata igitur ecclesiastica facilius admittebant, verum in practicis internam animi pietatem excitabant, sensuum testimonio. Hinc illae *tenebrae* Mysticorum, qui sensuum testimonium rationis ope non illustrabant; inprimis cum in *interpretando Codice S.* tropica proprie et propria allegorice explicarent. Quo minus vero aevi desideriis satisfaciebat Scholasticismus, in deteriorem partem vergens, eo magis Mysticismus purior colebatur; inprimis cum aetate, qua gentes Neo-Europaeae philosophari inceperant, ipsam non adeo spernerent Philosophiam Mystici, licet eam submitterent sensuum auctoritati et internum lumen S. S. praeferrent externae auctoritati.

In recensendis peculiaribus eorum *placitis*, observandum, cuncta eorum fere esse *dijudicanda* e *Sanctitatis et virtutis studio*, quam sensuum ope se assequi

posse putabant. — Patuit illud in *dogmate de Religione*, quam unis fere sensibus absolvi dixerunt. Hisce rapiantur et evehantur homines ad Deum, et abstrahantur a rebus terrestribus, ut in coelestibus vivant. Animi ita Religionem resuscitarunt, sed in extrema quaeque ducebantur. — Porro *Codicis S. usum* Christianis commendabant Bernardus, Gersonus, alii; mystico tamen sensu cuncta interpretantes. Verum Codici S. *patefactiones* et *visiones*, alteram veluti patefactionem divinam, adjungebant; nec vero minus *internum lumen* Spiritus S.

Praecipuum vero eorum placitum versabatur in *Unione cum Deo* definienda, in qua vitae sanctitatem repositam habebant. Ea homo in se reverti debebat, duplici via, cum passiva, tum activa, qua utraque ducebantur ad *considerationem* et *contemplationem*. Hanc prae ceteris explicuerunt Bernardus, Victorini, ceteri Mystici. — *Considerationis*, s. cogitationis internae ad verum inveniendum, quae versatur cum erga se ipsum, tum erga illud, quod ei subest, vel cui ipse subest, maxime erga Deum, varii recensentur *gradus*, dispensativus, aestimativus et contemplativus, q. d. — Ultimo hocce ducitur homo mysticus ad *contemplationem*, quam Richardus de Sancto Victore dixit: *liberum et perspicacem animi motum in res percipiendas, usque quaque diffusum.* In ea ponunt summum fastigium Mystici; qua evehitur homo prae cogitatione et meditatione. Per varios illius gradus ducitur tandem homo ad veram *Unionem cum Deo*, qua verus constituitur amor. Hic summam habet vim in eorum doctrina. Eum vero formulis verbisque, ab amore terrestri ductis, saepe illustrare conabantur. — Cum hisce arctissime cohaerebant eorum de *amore Dei*, de *gratia divina*, *li-*

beroque arbitrio sententiae. — Verum, exeunte aevo medio, Thomas a Kempis puriori Mysticismo eoque magis practico vitam Christianam alere instituit.

Corruperunt haud raro haecce placita Theologiam Christianam; vel sic tamen valuerunt simul ad excitandum virtutis et sanctitatis studium inter Christianos, rudi hacce et ad externam rationem tendente aetate. Saepius vero fanatismo ultra, quam par erat, abripiebantur. [1])

§ 109.

Haeresiologia.

Doctrina Haereticorum, eorumque fata.

Exstiterunt in media hacce Ecclesia Catholica, qui ejus doctrinae, Hierarchiae et cultui, satis mechanico, resisterent. Fuerunt illi varii generis. Alii enim Theosophica Orientalium placita, aevi commodis et placitis accommodata, revocabant; alii Fanatismo et Mysticismo inducebantur; alii restituendae purioris doctrinae apostolicae studio ferebantur: Horum nonnulli inter se erant mixti, cum sua secum invicem communicarent et haec illave ab aliis reciperent. Nonnunquam a se invicem rite distinguuntur.

---

1) Cf. de Mysticismo H. SCHMID, *Das Mysticismus des Mittelalters in seinen Entstehungs-Periode*, Jena 1824. 8. — ARNOLD, *Hist. et descriptio Theol. Mysticae*, Tub. 1702. 8. — LIEBNER, *Hugo v. S. Victor.* — ENGELHARDT, *Richard, v. S. Victor., und Joh. Ruisbroek.* 1838. 8. — NEANDER, *der H. Bernard* l. — HUNDESHAGEN, *über die mystische Theologie des Joh. Charlier von Gerson*; — in ILLGENS Zeitschr., I. 1. 1834.

1. *Gnostico-Manichaei Orientales.* — *Euchitae.* — *Bogomilae.*

Quae, a saeculo inde V, vi Ecclesiae Catholicae, succubuerant Gnosticorum et Manichaeorum placita per plura saecula, cum in Oriente, tum in Occidente, semina reliquerunt; quibus laete succrescerent recentioris aevi dogmata atque sententiae. Ex Oriente plerumque per Constantinopolin secesserunt in Occidentem. Ita Gnostici Syriaci ad Paulicianos, hi ad Haereticos in Thracia, Bogomilas, Catharos et Albigenses, continua serie processisse videntur.

Uti enim Pauliciani (§ 85) Manichaeos reformaverant, ita, jam medio saec. 11., in Thracia exstiterant *Euchitae*, s. *Enthusiastae*, et ineunte s. 12. *Bogomilae* inter Graecos, duce *Basilio*, qui Constantinopoli versabantur et puniebantur, Imperatore Alexio (1118). — Gnosin Saturnini susceperant suamque Ecclesiam informabant, more Manichaeorum. Allegorice interpretabantur Codicem S., cujus plures libros respuebant, item dogmata multa Ecclesiae, v. c. *Trinitatem*, al.; contra *Daemonologia* explicanda magnam vim tribuebant daemonibus in homines eorumque facta et fata. [1])

2. *Manichaei Occidentales.* *Cathari.* — *Albigenses.*

Bogomilae arcte conjuncti fuisse videntur cum *Manichaeis occidentalibus*, qui saec. 12. exstiterunt,

---

1) Cf. GIESELER, et scriptt. ab eo laud. II. 2, 660. ff.

maxime cum *Catharis*. — Licet enim communi Manichaeorum nomine dicerentur hoc aevo varii generis Haeretici in occidentali Europa; videntur tamen reliquiae Manichaeorum haud dubie apud nonnullos horum superfuisse. [1])

Cathari enim, qui dicebantur, exstiterunt ex iis Haereticis Theosophicis, qui forte Constantinopoli in Italiam transierant, Gnosticorum Syriacorum et Manichaeorum sententias conjungentes cum sui aevi dogmatibus. Ex Italia (saec. 11) transierant in Occidentem. Antea jam prodierant in Aquitania et Aureliani (1022), in Atrebatibus (1025), Monte forti (1030), Goslariae (1052); saec. vero 12 ingenti numero prodierunt in Italia *Patarini*, in Gallia *Publicani*, in Germania *Cathari*, in Longobardia *Paragii*. In *Italia* Mediolanum sedem habuerunt. Clerici et Concilia eos petebant et damnabant (Tolosanum, 1119, Lateran. 1139, Rhemense, 1148, Turonense, 1163, alia.)

Doctrinae fundamentum habebant Theosophiam Gnostico-Manichaeam; neque tamen omnes Dualismum absolutum profitebantur. Huic vero Theosophiae alia superstruebant dogmata. Dicebant sese *puros* (καθαροὺς) veramque Ecclesiam. Vitam agebant fanatico-asceticam, neque tamen Mysticismum colebant, uti ceteri Theosophi orientales. Dogmatica potissimum evehebant. Verum non ubique sibi invicem similes erant. Docetismum profitebantur, aliaque dogmata orientalia, quibus im-

1) Scriptoribus l. a. GIESELERO II. 518. ff. 566. ff. et HASE, § 276. add. JAS, *de Valdensium secta ab Albigensibus bene distinguenda*, Lugd. 1834. 4.

pugnabant dogmata nonnulla Catholica, uti doctrinam Sacramentorum, maxime Paedo-baptismum et Sacerdotium. Fanatismo prae ceteris notabantur *Paragii.* — Ecclesia Catholica sua jura vindicabat adversus hosce, quibuscum tamen non adeo pugnam iniit, uti solebat saec. 4. cum Gnosticis.

Haud adeo longe ab hisce recedebant *Albigenses*, a Valdensibus rite discernendi, licet initio fortasse nonnulli iis juncti fuerint. — Gallia enim meridionalis magis magisque patuit Haereticis varii generis, qui sensim a se invicem disjungebantur. — Oppugnabant omnes Ecclesiam Catholicam ipsique Ecclesiam puriorem spectabant. Moribus haud raro sese commendabant prae Catholicis, quo factum, ut plures ad se traherent ea aetate, qua homines novam agere vitam inceperunt. — Horum plurimi habitabant *Albiam*; unde *Albigenses* dicti, plerumque Theosophicis placitis innitentes. Tolosanis Ducibus iis faventibus, Concilia et Clerici, ab anno 1165, eos exstirpare conabantur, Regum ope usi. Ad exstinguendam igitur Haeresin Honorius III. (1198.) Legatis usus est; deinde Dominico (1206); postea Expeditio cruciata suscipiebatur adversus Raymundum, Comitem Tolosanum; unde Bellum contra Albigenses exstitit (1209-1229), qua opportunitate exstitit Inquisitio (1215), Dominicanis tradita (1232). Post bellum finitum Valdenses abierunt a Catharis, s. Albigensibus.

Postea vero per varias Europae regiones dispersi fuerunt ad Bulgariam usque, unde *Bulgari* dicebantur. Variae partes in iis exstiterunt. In Italia ad a. 1269 superfuit Albigensium secta.

Sectio Quarta.

HISTORIA PRAEPARATAE MEDIO AEVO REFORMATIONIS.

---

§ 110.

Praeparata medio aevo Reformatio universe. — Indoles Reformationis ante saec. 16.

Uti Religio Christiana eo valere debuit, ut esset fermentum Orbis terrarum, cujus vis moralis magis magisque genus humanum et ipsam hominum naturam moralem emendaret et institueret, atque hominem adeo ad perfectionem moralem et similitudinem cum Deo propius adduceret; ita vis illa patuit in mediis hominum erroribus ac vitiis. Homines enim per saecula in accipienda, profitenda, explicanda Religione a pristina ipsius simplicitate et puritate abierant; quamque Hierarchia stabiliverat unitatem Ecclesiae, hanc probaverat Theologia Scholastica et commendaverat. —Verumtamen nullo tempore vi sua morali in informandis hominum animis regundaque vita destituta erat illa. Dabantur omni aevo, qui prae Ecclesia saperent et sublimiorem Religionis Christianae indolem perspicerent. Hi igitur et Hierarchiae et corruptae morum conditioni et depravatae doctrinae Ecclesiasticae sese opponebant, sive (uti vidimus)

resuscitandis superioris aevi placitis, internam indolem externae Ecclesiae doctrinae opponerent; sive ipsam Ecclesiae spectarent Reformationem.

Inprimis enim studia Reformationis haecce aetate majori vi proruperunt, et, primum hic illic exorta, omnem denique Ecclesiam occidentalem occuparunt, maxime a quo inde tempore Codicem S. aperuerunt fontem et normam Religionis ac Societatis Christianae. — Medio autem aevo *triplex discernenda* est *notio Reformationis*, quae sensim explicabatur. Inceperunt enim a *Reformatione morali*, quae mox ad *Hierarchiae* et ipsius Ecclesiae reformationem transiit et tandem cum ipsa conjungebatur *Doctrinae* reformatione. — Ubi enim a reformanda Ecclesia loqui inceperunt, tum Monachi, tum maxime a saec. 11. alii, spectabant fere emendatam morum conditionem, cum inter Clericos, tum in ipsis Laicis. Hanc sibi proponebant Hildebrandus, Bernardus, Mystici, Fanatici pluresque alii. — Neque tamen ea rite institui poterat, nisi *Hierarchiam*, ipsamque Ecclesiam occidentalem, magnam partem depravationis moralis fontem, emendarent. Hanc vero promoverunt omnes, qui de caussis, s. politicis, s. haereticis, Papam et Hierarchiam oppugnabant; in his cum Pauliciani, Manichaei, Albigenses, tum Principes, Demagogi, Theologi, Concilia, qui Ecclesiam emendare et Hierarchiae abusus tollere studebant. — Cuncta vero illa arctissime erant conjuncta cum ipsa *doctrina*, quam philosophandi ardor, superstitio et Hierarchia in dies magis magisque corruperant. Hanc ita emendare, ad normam Codicis S., studebant Reformatorum prodromi. — Triplex haecce Reformatio nonnunquam in diversis excitabatur, nonnunquam coaluit, donec tandem s. 16. duces et antesignani prodirent,

qui varia haecce conjungerent. — Semina haecce et progressus Reformationis indicat medium q. d. aevum. [1])

§ 111.

Vis Scholasticorum, Mysticorum, Fanaticorum et Haereticorum in praeparanda Reformatione. [2])

Affuit a primis inde temporibus, quibus depravata fuit Religio et Societas Christiana, illius emendandae desiderium, ita quidem, ut diversa studia, quae in Ecclesia prodierunt, haud raro valuerint ad eam corrumpendam, simul vero semina sparserint Reformationis.

Occurrunt illa primum in *Monachis*, qui tamen non adeo ipsam Ecclesiam reformare spectarunt; sed peculiares Societates puriores, velut, extra Ecclesiam, condiderunt. — Ab iis ad *Clerum* transierunt illa reformandi studia per *Canonicos:* auctaque illa deinceps fuerunt continuis reformandae vitae Monachicae conatibus, in Monachorum ordinibus conspicuis.

Postea vero *Scholastici* ratiocinando et disputando dubia excitarunt de Hierarchia et doctrina Ecclesiastica, quae eo tendebant, ut magis magisque dubitare de iis inceperint homines et auctoritatem Ecclesiae facilius respuerent.

---

1) Cff. quae disputavi in: *Begrip en omvang der Hervorming in de Middeleeuwen, vergel. met de Kerk-hervorming der* 16. *eeuw*, in *Nieuw Archief v. Kerk. Gesch., vooral v. Nederl.*, D. I. bl. 1. verv.

2) Cf. L. FLATHE, *Gesch. der Vorläufer der Reformation.* Leipz. 1835. II. Th.

resuscitandis superioris aevi placitis, internam indolem externae Ecclesiae doctrinae opponerent; sive ipsam Ecclesiae spectarent Reformationem.

Inprimis enim studia Reformationis haecce aetate majori vi proruperunt, et, primum hic illic exorta, omnem denique Ecclesiam occidentalem occuparunt, maxime a quo inde tempore Codicem S. aperuerunt fontem et normam Religionis ac Societatis Christianae. — Medio autem aevo *triplex discernenda* est *notio Reformationis*, quae sensim explicabatur. Inceperunt enim a *Reformatione morali*, quae mox ad *Hierarchiae* et ipsius Ecclesiae reformationem transiit et tandem cum ipsa conjungebatur *Doctrinae* reformatione. — Ubi enim a reformanda Ecclesia loqui inceperunt, tum Monachi, tum maxime a saec. 11. alii, spectabant fere emendatam morum conditionem, cum inter Clericos, tum in ipsis Laicis. Hanc sibi proponebant Hildebrandus, Bernardus, Mystici, Fanatici pluresque alii. — Neque tamen ea rite institui poterat, nisi *Hierarchiam*, ipsamque Ecclesiam occidentalem, magnam partem depravationis moralis fontem, emendarent. Hanc vero promoverunt omnes, qui de caussis, s. politicis, s. haereticis, Papam et Hierarchiam oppugnabant; in his cum Pauliciani, Manichaei, Albigenses, tum Principes, Demagogi, Theologi, Concilia, qui Ecclesiam emendare et Hierarchiae abusus tollere studebant. — Cuncta vero illa arctissime erant conjuncta cum ipsa *doctrina*, quam philosophandi ardor, superstitio et Hierarchia in dies magis magisque corruperant. Hanc ita emendare, ad normam Codicis S., studebant Reformatorum prodromi. — Triplex haecce Reformatio nonnunquam in diversis excitabatur, nonnunquam coaluit, donec tandem s. 16. duces et antesignani prodirent,

qui varia haecce conjungerent. — Semina haecce et progressus Reformationis indicat medium q. d. aevum. [1])

§ 111.

Vis Scholasticorum, Mysticorum, Fanaticorum et Haereticorum in praeparanda Reformatione. [2])

Affuit a primis inde temporibus, quibus depravata fuit Religio et Societas Christiana, illius emendandae desiderium, ita quidem, ut diversa studia, quae in Ecclesia prodierunt, haud raro valuerint ad eam corrumpendam, simul vero semina sparserint Reformationis.

Occurrunt illa primum in *Monachis*, qui tamen non adeo ipsam Ecclesiam reformare spectarunt; sed peculiares Societates puriores, velut, extra Ecclesiam, condiderunt. — Ab iis ad *Clerum* transierunt illa reformandi studia per *Canonicos:* auctaque illa deinceps fuerunt continuis reformandae vitae Monachicae conatibus, in Monachorum ordinibus conspicuis.

Postea vero *Scholastici* ratiocinando et disputando dubia excitarunt de Hierarchia et doctrina Ecclesiastica, quae eo tendebant, ut magis magisque dubitare de iis inceperint homines et auctoritatem Ecclesiae facilius respuerent.

---

1) Cff. quae disputavi in: *Begrip en omvang der Hervorming in de Middeleeuwen, vergel. met de Kerk-hervorming der 16. eeuw*, in *Nieuw Archief v. Kerk. Gesch.*, *vooral v. Nederl.*, D. I. bl. 1. verv.

2) Cf. L. FLATHE, *Gesch. der Vorläufer der Reformation.* Leipz. 1835. II. Th.

Porro *Mystici* excitanda animi pietate, ea maxime dogmata pertractarunt, quae morali vi sese commendabant. Facile igitur eo Christianos adduxerunt, ut animadverterent, se alia indigere doctrina, quam ecclesiastica. Ita homines praeparabantur, qui puriorem acciperent doctrinam et a moribus emendandis ad doctrinam emendandam accederent.

Nec vero minus idem illud principium in ipsis hominum animis excitarunt *Fanatici*, licet, phantasiae indulgentes, in extrema saepe ruerent. Horum nonnulli, a puriori doctrina procedentes, spiritualem doctrinam Hierarchiae opposuerunt. — Ita Tanchelinus e Belgio prodiit, saec. 12. Norbertum nactus fuit adversarium. Sese habuisse dicitur Dei Filium, in quo πλήρωμα Dei habitabat. Hierarchiam oppugnabat; item Sacram Coenam, decimasque Sacerdotibus offerendas, alia († 1125). Pariter in Gallia Eón., s. Eudo de Stella († 1148); aliique plures.

Universe tandem varii generis *Haeretici* (de quibus supra § 109) magnam habuerunt vim in praeparanda Reformatione. Sententiam quippe evertebant: unam dari Ecclesiam Catholicam, salutis matrem; et aliquatenus revertebantur ad doctrinam Apostolicam.

§ 112.

Reformatorum Prodromi et Sectae, reformationis studiosae.

Rite discernendi sunt medio aevo illi, qui oppositionem adversus Ecclesiam Catholicam excitarunt ab ipsis Reformatorum Prodromis et Sectis reformatoriis. — Ad *priores* illos referuntur cum Haeretici, (de quibus su-

pra) tum Principes omnesque illi, qui politica vi et auctoritate Catholicam Ecclesiam oppugnarunt. — Ad *posteriores* omnes illi, quibus commune fuit principium, quod Sacrum Codicem unicum haberent fontem doctrinae Chr. et normam Ecclesiae, ad quem reverti studebant resuscitanda Religione apostolica, ad recentiorem rationem informata. Hoc vero principium explicuerunt in dies magis magisque, ita ut variis uterentur opportunitatibus politicis, ecclesiasticis, literariis.

Petro-Brusiani. — Henriciani.

Cum Catharis saepe confundebantur, qui tamen propius ad Reformatorum prodromos accesserunt, *Petro-Brusiani.* — Erant enim illi a Manichaeorum sententiis magis alieni. Orti fuerunt, saec. 11., auctore Petro de Bruis, Presb. Gallico, qui, ab anno 1104 inde, docuit, Deum ubivis esse adorandum, crucis signi adorationem et aedes s. esse abrogandas, S. Coenam non sacrificii loco esse habendam, sed in memoriam Christi mortui, Imaginum cultum et Sacrificia pro mortuis esse negligenda. Verum, primum propterea gradu suo motus, deinde cessit vi populi, qui eum flammis tradidit (1128).

Ejus discipulus Henricus, homo summae rigiditatis, humanitatis simul ac fortitudinis, (1116-1148) corruptum Clerum contemnens, populum ad vitam severiorem adducere tentavit.

Horum vero asseclae deinde cum Albigensibus, Catharis et Valdensibus, coaluerunt.

Valdenses.

Reformationi praelusisse maxime dicendi sunt *Val-*

Porro *Mystici* excitanda animi pietate, ea maxime dogmata pertractarunt, quae morali vi sese commendabant. Facile igitur eo Christianos adduxerunt, ut animadverterent, se alia indigere doctrina, quam ecclesiastica. Ita homines praeparabantur, qui puriorem acciperent doctrinam et a moribus emendandis ad doctrinam emendandam accederent.

Nec vero minus idem illud principium in ipsis hominum animis excitarunt *Fanatici*, licet, phantasiae indulgentes, in extrema saepe ruerent. Horum nonnulli, a puriori doctrina procedentes, spiritualem doctrinam Hierarchiae opposuerunt. — Ita Tanchelinus e Belgio prodiit, saec. 12. Norbertum nactus fuit adversarium. Sese habuisse dicitur Dei Filium, in quo *πλήρωμα* Dei habitabat. Hierarchiam oppugnabat; item Sacram Coenam, decimasque Sacerdotibus offerendas, alia (†1125). Pariter in Gallia Eon., s. Eudo de Stella (†1148); aliique plures.

Universe tandem varii generis *Haeretici* (de quibus supra § 109) magnam habuerunt vim in praeparanda Reformatione. Sententiam quippe evertebant: unam dari Ecclesiam Catholicam, salutis matrem; et aliquatenus revertebantur ad doctrinam Apostolicam.

§ 112.

Reformatorum Prodromi et Sectae, reformationis studiosae.

Rite discernendi sunt medio aevo illi, qui oppositionem adversus Ecclesiam Catholicam excitarunt ab ipsis Reformatorum Prodromis et Sectis reformatoriis. — Ad *priores* illos referuntur cum Haeretici, (de quibus su-

pra) tum Principes omnesque illi, qui politica vi et auctoritate Catholicam Ecclesiam oppugnarunt. — Ad *posteriores* omnes illi, quibus commune fuit principium, quod Sacrum Codicem unicum haberent fontem doctrinae Chr. et normam Ecclesiae, ad quem reverti studebant resuscitanda Religione apostolica, ad recentiorem rationem informata. Hoc vero principium explicuerunt in dies magis magisque, ita ut variis uterentur opportunitatibus politicis, ecclesiasticis, literariis.

Petro-Brusiani. — Henriciani.

Cum Catharis saepe confundebantur, qui tamen propius ad Reformatorum prodromos accesserunt, *Petro-Brusiani*. — Erant enim illi a Manichaeorum sententiis magis alieni. Orti fuerunt, saec. 11., auctore Petro de Bruis, Presb. Gallico, qui, ab anno 1104 inde, docuit, Deum ubivis esse adorandum, crucis signi adorationem et aedes s. esse abrogandas, S. Coenam non sacrificii loco esse habendam, sed in memoriam Christi mortui, Imaginum cultum et Sacrificia pro mortuis esse negligenda. Verum, primum propterea gradu suo motus, deinde cessit vi populi, qui eum flammis tradidit (1128).

Ejus discipulus Henricus, homo summae rigiditatis, humanitatis simul ac fortitudinis, (1116-1148) corruptum Clerum contemnens, populum ad vitam severiorem adducere tentavit.

Horum vero asseclae deinde cum Albigensibus, Catharis et Valdensibus, coaluerunt.

Valdenses.

Reformationi praelusisse maxime dicendi sunt *Val-*

denses. — Qui enim a longo inde tempore adfuisse videntur Christiani, rectiora sapientes,' et evangelicam doctrinam referentes, Catholicis oppositi, hi ducem nacti sunt Petrum Valdum (Valdensem, Waldum) (1170). — De prima eorum ante plura saecula origine diu fuit disputatum. — Waldus, S. Codicis lectione excitatus, Valdenses, s. *Leonistas*, s. *pauperes de Lugduno*, s. *Sabathatos*, aliosque, qui idem sapiebant, congregavit. Codice s. diligenter utebantur illi; publice praedicabant, et doctrinam apostolicam resuscitare conabantur Ita vero Papae et Clericis sese opponebant. Apostolicam Ecclesiam exemplar sibi proponebant. Aequalitatem omnium Christianorum docebant, oppositam Hierarchiae et Papatui, quem oppugnabant, multaque alia abrogarunt placita ecclesiastica, Cod. S. contraria, uti Transsubstantiationis et Missae doctrinam, dierum festorum et Sanctorum cultum, Traditionum auctoritatem et Ignis purgatorii placitum.

Haec quidem in media Ecclesia primum docebant, neque sese ab ea separare voluerunt. Postea vero, Clericis odiosi, damnati fuerunt et excommunicati in Concilio Veronensi (1184), auctore Lucio III., et Lateranensi (1215), quibus factum, ut sese separaverint suamque constituerint Societatem.

Invitis vero hisce obstaculis *propagabantur* Valdenses per Franciam meridionalem, Hispaniam, Italiam et Valles Pedemontanos, ubi amice excipiebantur a Comite Tolosano. Confundebantur saepius cum Albigensibus; ipsaque Inquisitio aliaeque persecutiones eos petierunt, saec. 13., quo factum, ut eorum multi evanuerint, superstitibus aliis, cum alibi, tum maxime in vallibus

Sabaudiae, ubi diris obnoxii fuerunt persecutionibus. Tum vero alias item regiones adierunt eorum reliquiae. S. 13. discernebantur in iis *Pauperes Ultramontani* et *Pauperes Lombardi*, quorum hi illis erant severiores.

Sparserunt sane Valdenses per varias regiones, tum maxime in Gallia, *semina purioris doctrinae*, et excitaverunt desiderium Ecclesiae ad rationem Apostolicam, s. Evangelicam, restituendae. [1])

Wiclifus.

Magis autem magisque semina illa Reformationis excolebantur, inprimis usu Codicis S. Excitatum semel ejus studium, alebatur in dies. Ab una regione ad aliam illud transiit. Postquam enim in Gallia et Italia erat excitatum, in Anglia prodiit, auctore Wicliffo. — Joh. enim Wicliffus primus Hierarchiam et Dogmaticam Hierarchicam adortus est e cathedra Oxoniensi, et plurimis scriptis, quibus Papae auctoritatem in Anglia, abusus auctoritatis papalis, Monachos, Confessionem auricularem, Ignem purgatorium, Imaginum et Sanctorum cultum oppugnavit, uti et Christi praesentiam corporalem in S. Coena. Hos quidem conatus promovit Versione Cod. S., quo factum, ut Pontifices eum oppugnarent. — Maximam vim habuit apud Nobiliores et Theologos. Sed condemnatus a Synodis, ipsius ossa flammis dari curavit Concilium Constantiense (1414.) [2]).

---

1) De Valdensibus cs. LEGER, *Histoire gen. des Eglises Vaudoises.* Leid. 1669. f. — (DE BREZ), *Hist. des Vaudois*, Leips., Utr. et Paris 1796. — MARTINET, *Kerk. Gesch. der Waldensen.* Amst. 1765. JAS l. l. — Fontes peculiares vid. apud GIESELERUM et HASE l. l.

2) Fontes de Wicliffo, in quibus potissimum scripta V. V. LEWIS —

Hussus.

Quod vero mortuo contigit Wicliffo, id superstitibus accidit Husso et Hieronymo Pragensi. Hi in Bohemia puriorem doctrinam populo commendabant. — Hussus ita maxime Clericorum et populi exstitit Reformator, Wicliffi scriptis excitatus (1403). Universe dogmata, quae Hierarchiâ nitebantur, oppugnavit; inprimis doctrinam *Transsubstantiationis* et *Sacrae Coenae sub una forma*, s. *Impanationis.* Indulgentiis vim denegavit, quo tempore Johannes XXIII. (1412) novas praescripsit. Ecclesiam puriorem electorum condere voluit. — Eo autem valuerunt utriusque Wicliffi et Hussi conatus, ut cum in Anglia, tum in Germania, plurimorum praepararentur animi doctrinae Evangelicae.

Hussitae.

Patuit illud inprimis in *Hussitis.* — Exstincto enim Husso, plura millia in Bohemia et Moravia supererant, adversus quos nihil valuerunt Constantiensis Concilii edicta. Hussum Martyrem suum venerabantur et liberam petebant Sacrae Coenae sub utraque forma celebrandae rationem. Hinc in Bohemia *bellum* civile exarsit ab anno 1419. Plus quam 30 millia hominum Sacram Coenam sub utraque forma celebrabant suamque condiderunt urbem *Taborem.* Per longum tempus summa animorum contentione bellum illud Hussitarum gerebatur, donec tandem, anno 1471, omnes lites compositae esse videbantur, ut sensim in Bohemia constitueretur pax Religionis ad finem hujus aetatis usque (1516.)

VAUGHAN — DE BAS — al., accurate indicavit DE RUEVER GRONEMAN, *Diatribe in* JOH. WICLIFFI, *Reformationis Prodromi*, *vitam*, *ingenium*, *scripta.* Traj. ad Rhen. 1837.

Exstiterunt in iis *Taboritae*, ceteris vehementiores, qui fanatismo agitabantur, et prudentiores *Calixtini*, praeter *Horebitas*, *Waysos*, *Picardios* et *Adamitas*. — E Taboritis autem exstiterunt, qui, indole pacatiores, peculiarem condebant societatem *Fratrum Bohemorum* et *Moravorum*, ab anno inde 1450. Valdensibus adscripti, diras saepe passi sunt persecutiones. Aderant in Polonia, Bohemia, Moravia. [1])

Horum omnium *doctrina* in multis congruebat. Omnes Sacram Coenam sub utraque forma administrabant (*Utraquistae*), qui mos velut symbolum doctrinae inter Hussitas omnes exstitit. Libere Verbum Dei vernacule annuntiandum statuebant; Clerum bonis terrestribus privandum, ad vitam vere Christianam esse reducendum dixerunt, et severiorem exercendam disciplinam ecclesiasticam, in ipsos etiam Clericos. — Hisce vero 4 articulis, quos statuerunt Calixtini, alia addiderunt Taboritae eaque rigidiora, ad restituendam avitam conditionem, maxime ratione habita vestium, aedium, altarium, cet. — *Calixtini* porro sua *Confessione* (1441) docuerunt, septem Sacramenta esse admittenda, ipsam etiam Transsubstantiationem et Missam; simul vero Matrimonium Clericis esse concedendum.

Contra vero *Fratres Bohemi* et *Moravi* Transsubstantiationem negarunt, ipsamque Ordinationem Sacerdotalem non a Papa, sed a Deo, repetebant. Mariae cultum improbabant, inprimis vero disciplinam severiorem, ratione apostolica, in Ecclesia esse exercendam, docebant.

---

1) Scriptoribus laud. a GIESELERO II. 4. 391. ff. add. D. G. VAN DER HORST, *Disput. de* HUSSI *vita praesertimque illius condemnati causis*. Amst. 1837. — ZUM, *Joh. Huss auf dem Conc. zu Costnitz*. Leips. 1836.

Ulterius igitur horum *reformandi studia* processerunt, quam Conciliorum saec. 15. Haec enim Reformatione in capite et membris magis mores Clericorum et Hierarchiam, quam ipsam doctrinam spectarunt. Quae autem ad eam emendandam concederent, v. c. Communionem sub utraque, in Concilio Basiliensi, ipsis minus sunt tribuenda, quam aevi studiis. Spectarunt magis Reformationem ecclesiasticam, quam evangelicam

Viri, Reformationis studiosi.

Vel sic tamen laete processit Reformationis desiderium. — Prodierunt ubivis *viri praestantissimi*, qui larga manu ejus semina ubivis in Europa spargerent, qui in scholis et Universitatibus sua propagarent placita puriora eaque per orbem commendarent. — Ita in Gallia Gerson, Petrus d'Ailly, Nicol. a Clamengis; in Italia Laur. Valla (†1456), Hieron. Savanarola, Mon. Flor. (†1498); in Germania Joh. Vesalius (†1482); Joh. Reuchlin (†1521); in Belgio Joh. van Gogh (†1475), Gerardus M. (Geert Groete) et instituta ab eo *Societas Fratrum vitae communis*, Wessel Gansfort (†1489), Rud. Agricola (†1485) al. plures, magnam habuerunt vim in Ecclesia et dogmatibus. Oppugnarunt enim Scholasticam philosophiam, iisque opem tulerunt Platonismus, resuscitatus primum in Italia, et Literarum Graecarum ac Latinarum studia, universe humaniora, quae ad novam veluti vitam revocabant Europaeos, inventa saec. 15. Typographia. [1])

---

1) Savanarolae vitam dederunt et merita dijudicarunt *Picus de Mirandula*, *Burlamachi*, *Spangenberg*, *Rudelbach*, *Meier*. cf. GIESELER II. 4. et HASE. —

Cunctis hisce praeparabatur admodum Reformatio, in Ecclesia Catholica saec. 16. orta.

---

§ 113.

Quid valuerit Religio Christiana medio aevo.

Universa fere Historia medii aevi regebatur fatis Ecclesiae, quae explicanda facile sunt e conditione, qua versabantur gentes. Licet enim gentes ipsae vehementer eam corruperint et cum doctrina, tum Hierarchia, Religionem, indole sublimiorem ac spiritualem prorsus, ad cultum fere externum et disciplinam humanam retulerint; vel sic tamen valuit illa egregie ad excolendas gentes, maxime moralem earum rationem et excitanda studia moralia. Quae enim neglexerant homines, haec perfecit ipsa sua indole Religio. Ubivis enim Providae curae divinae vestigia Historiae Ecclesiae mediae sunt impressa, quae ita Orbem Christianum meliori rationi praeparavit. 1)

De Wesselo Gansfortio cons. ULLMAN, *Joh. Wessel, ein Vorgänger Luthers.* Hamb. 1834. (Belg. Leyd. 1835.) — W. MUURLING, *de Wesseli Gansfortii vita et meritis.* Traj. ad Rh. 1831.

De Gerardo Grootio, DELPRAT et CLARISSE, s. l. p. 221. — SCHOLTE, *Dissert. hist. theol. qua Thomae a Kempis sententia de re Christiana exponitur et cum Gerardi Magni et Wesseli Gansfortii sententiis comparatur.* Gron. 1839.

De aliis, WILDSCHUT, *de Laur. Vallae meritis.* — MAYERHOFF, *Johann Reuchlin und seine Zeit.* Berl. 1830. — TRESLING, *de Rud. Agricola.* Gron. 1830. — Ceterum cons. GIESELER et HASE, l. l. qui peculiares fontes indicarunt eorumque scripta laudarunt.

1) Cf. *het Christendom in de Middel-eeuwen*, l. l. in fine.

ERRATA.

Pag. 5. r. 10. *l.* ἀκρίβεια. et p. 9. r. 20. — p. 6. r. 2. *l.* coaetaneis. — p. 9. r. 16. *l.* Hieronymo. — p. 13. r. 3. qui, *deleatur.* — p. 16. r. 4. a saeculo primo ad sextum *l.* ad septimum. — p. 17. r. 2. *pro:* absciverunt *l.* desciverunt. — p. 18. r. 3. *infra; l.* ἐνέργεια. — p. 20. r. 12. *l.* ἀπιστία. — p. 23. r. 1 et 2. Capernaumi — Samariam, *tollenda sunt* et *inserenda* p. 21. r. 21. *post:* futuros. — p. 23. r. 2. *l.* Galilaeam. — p. 25. *n.* 1. *l.* obvii — versi. — p. 26. r. 26. *l.* Syriaca et veteri Itala. — p. 45. r. 21. *l.* ψευδωνύμῳ. — r. 27. τῷ. — p. 60. r. 16. *l.* discernendo. — p. 66. r. 10. *infr. l.* imponebantur. — p. 79. r. 16. *pro:* secesso, *l.* profecto. — p. 81. r. 8. *infr. l.* a qua. — p. 99 r. 1. *l.* Constantinopolitanus. — p. 102. r. 9. *infr. l.* Benedictus. — p. 102. r. 1. *infr. l.* propagatus. — p. 106. r. 10. *l.* morti. — p. 107. r. 14. *l.* προσκλαίοντες. — p. 110. r. 1. *infr. l.* Ecclesia. — p. 111. r. 17. *l.* θεανθρώπῳ. — p. 126. r. 3. *infr. l.* ἕνωσιν. — p. 127. r. 16. τοῦ *deleatur.* — p. 128. r. 3. *l.* Syn. — ἐνδημοῦσα. — p. 129. r. 5. *l.* fautricis. — p. 138. r. 2. *infr. l.* conciliavit. — p. 152. r. 1. *infr. l.* Francici. — p. 163. r. 2. Pontificum. — p. 169. r. 10. *l.* Florentiam. — p. 211. r. 13. *l.* abolendos. — p. 216. r. 3. *l.* Sancti Bernardi: — p. 222. r. 9. invaluit, *deleatur* et *ponatur* r. 10. *post:* ubivis. —

Not. 1) in textu ponatur p. 37. r. 10. — p. 79. r. 5. *infr.* — p. 104. r. 23. — p. 109. r. 20. — p. 137. r. 16.

Cetera minoris momenti emendet B. L.